This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Dissertatio Theologica

DE PERSONA JESU CHRISTI, SERVATORIS NOSTRI:

Adversùs

ROBERTI BELLARMINI, HÆRETICI & Cardinalis Romanensis, LIBROS QUINQUE Controversiæ Generalis Secundæ de CHRISTO, Capite totius Ecclesiæ.

Qua

Omnia σοφίσματα καὶ παράδοξα Bellarminiana breviter, perspicuè, ac solidè, examinantur, confutantur:

PUBLICÆ ἐξετάσεως χάριν

Sub auspicio D. N. I. Opt. Max.

PRÆSIDE

Reverendo & Clariss. Viro,

DN. D. AMBROSIO REUDENIO,

Collegii THEOLOGICI Decano,

pro consequendo in Facultate Theologica GRADU DOCTORIS *proposita à*

M. PETRO PISCATORE, THEOLOG. & Hebr. Literarum Professore publico.

XIX. Julij, loco consueto, horis antemeridianis & pomeridianis.

JENÆ

Excudebat Christophorus Lippoldus.

ANNO 1605.

BIBLIOTHÈQUE CANTONALE
LAUSANNE
ET UNIVERSITAIRE

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO CELSISSIMOQUE PRINCIPI AC DOMINO, DN. JOHANNI, DUCI SAXONIÆ, LANDGRAVIO THURINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ &c. DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.

Veram per Christum Salutem, ac felicitatem perpetuam P.

QUOD Pa[illegible] *inscitè scripsit, Illustrissime Princeps, Domine clementissime;* Ex Philosophia res divinas intelligere, est candens ferrum non forcipe, sed digitis, cõtrectare: *Id verissimum esse, omnium temporum historiæ, tum veteres tum recentiores, satis abunde comprobant: siquidem, cæcæ rationis ductum secuti, Haereticorum horribilium furorum, contra Scripturas divinitus inspiratas, autores exiterunt, adeoq; Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν, ut de Gentilibus loquitur Apostolus, ac fidei naufragiũ facientes gravissimum, se suorumq; dogmatum erroneorũ approbatores infamabiles in sempiternum exitium & profundissimam damnationis abyssum præcipitare consueverunt. Ne vero abeam longius, exemplum τῆς κενοφωνίας præludere Sacramentaria factio nobis exhibet, cum veteris religionis Christianæ Capitibus, tum in gravissimo de Persona Domini ac servatoris nostri* JESU *Christi Articulo, ubi, adeo rerum rationis humanæ, principiaq; Philosophica, sancta revocare nõ verentur: præsertim, cum de Majestate hominis Christi differant. Socios propugnatoresq; improbitatis hujus, superioribus annis nacti sunt, Calvinistæ, novum vespertilionum ranarumq; Pontificiarum genus;* quod solum sapere, *ut cum* Benedicto Aria Montano *loquar,* solum benè vivere, JESUMQ; propiùs insequi & comitari sibi videtur, atq; id palàm professum jactitat, Gentẽ *nimirùm* Lojolanã *sive* Jesuwiticam: *quæ realẽ Idiomatum di-*

 vinorum,

Digitized by Google

vinorum, potissimùm verò Omnipræsentiæ Majestatem, hostiliter oreq́ blasphemo prorsus allatrare cœpit & impugnare. Hanc Haresin, luemq́ Nestorianam, ut & Stancarismũ, errorem fœdissimum, cùm suæ quoq́ cõpilationi infarserit ROBERTUS BELLARMINUS, *scriptionum Pontificiarum Rapsodus, olim Jesuita, nunc Cardinalis Romanensis; isq́ ceu Coryphæus Papistas inter cæteros, vulgò habeatur: Controversiam ejus secundam de* CHRISTO, *Capite totius Ecclesiæ, à nemine (quod sciam quidem) hactenus confutatam; cùm publica mihi institutenda esset συζητησις, examinare integram hoc tempore libuit. Quiritabuntur fortè nonnulli prolixitatem harum Positionum nimiam: Eos, ut hæc nostra cum Bellarminianis prius libris quinq́, tot nimirum foliis, vel volumine potiùs integro, conferant, rogatos volo: Quod ubi fecerint, venia me excusationeq́ dignum esse, sat scio, ultrò fatebuntur. Confutationem verò ipsam superioribus diebus à me adornatam, non omninò sepositis aut negl ectis Ordinariis functionis meæ laboribus, præter Octiduum, quod ætatem huicimpendi tractationi, T. Cels. Princeps Illustrissime, Studiorum Mecœnas ευδοξοτατε, Ecclesiæ Scholarumq́ Nutritie benignissime, humiliter effero: Cui hosce qualescunq́ labores meos, pro gloria* JESU CHRISTI *ad omnipotentia Majestatiq́ divinæ dexteram sedentis ac cuncta gubernantis, susceptos, neutiquam improbatum iri, confido. Quod sanè si consecutus fuero, sig. serena fronte Dedicationem istam exceptam esse, intellexero: magno me beneficio affectum esse putabo. Quod restat, Illustriss. Cels. T. suâ cùm amasiæ dilectiss. & liberis generosissimis; Vidua quoq́ Illustriss. ac liberis illustrissimis, totaq́ domo Saxonica inclyta,* DEI *prapotentis tutela ac protectioni, qua debeo animi pietate reverentiaq́ commendo. Dabam Jenæ 10. Jul. anni 1605.*

Illustriss. Celsit. V.
Subjectiss.
M. Petrus Piscator.

Digitized by Google

תחלים ס וקח:

בואלהים בעזרי חיל והוא

יבוס צדינו:

DISPUTATURUS, ADVERSUS Centones Jesuiticos, quos (Tom. 1. Controversia Generali secunda) in unam conjecit farraginem *Robertus Bellarminus*, Hæreticorũ hujus temporis Princeps, Coryphæus & antesignanus præcipuus: primò omnium, DEUM Opt. Max. patrem Domini & Servatoris nostri JESU CHRISTI, ut Spiritu suo sacrosancto in omnem me veritatem ducat, suoq; ex alto me robore induat, per ac propter CHRISTUM JESUM, λόγον καὶ σοφίαν αὐτῶ ἄϊδιον, μεσίτην καὶ ἱκέτην nostrum, cujus gloriam honoremq; tractatio ista concernit universã, toto pectore, votisq; ardentibus, oro & obtestor.

CONTRA PRÆFATIONEM.

THEMA PRIMVM.

VESTIBULA atq; Exordia rerum tractandarum venusta esse oportere, adeoq; aditus ad causam illustres faciendos esse, sedulò suis in Scholis monent & inculcant Rhetores. Et

Digitized by Google

eleganter Lyricorum Princeps: Ἀρχομένου δ' ἔργου πρόσωπον καὶ θέμα πλανγίς, h. e. Inchoati operis faciem splendidam esse oportet atq; illustrem.

II.

Huic Rhetorum præcepto obsecutus Jesuita, ab insigni admodùm ac SPLENDIDO MENDACIO tractationem illam suam Controversiæ Generalis secundæ auspicandam esse censuit: quò in ipso statim limine, de Lojolano candore, veritatisq; studio, quo ranarum istarum coaxantium flagrat (scilicet) colluvies, Lector cordatus, conjecturam capere haud difficulter posset.

III.

Sic verò habet principium elegans quod dedit: *Martinus Lutherus contra Iacobum Latomum scribens: Anima mea*, inquit, *odit hoc verbum ὁμοούσιος*. Et subjicit Jesuita: *Quid, quaso, vel sentiret vel diceret aliud Arius, si ab inferis nunc existeret?*

IV.

At verò mentiri splendidè Robertum nostrum ex ipsis D. Lutheri verbis, & vel nuda duntaxat eorundem recitatione, cuivis meridiana luce clariùs facilè patebit.

V.

Differens enim contra Latomum Megalander Lutherus, de vitanda profana vocum novitate, monente Apostolo 1. Tim. 6: 20. 2. Tim. 2: 16. καὶ κενοφωνίας inquit: *Nec est quod mihi homousion illud obiectes, adversus Arianos receptum. Non fuit receptum*

Digitized by Google

captum à multis, imò præclarissimè. Ibid. paulò post: *Et si maximè exemplum valeret, non esset trahendum in consequentiam, sed indulgendum Patribus, qui semel extra scripturam posuissent vocem prophanam. Alioquin si exemplum statuas, totam scripturam licebit in alias voces mutare, sicut Sophistæ fecerunt.* QUOD SI *dixit animæ mea vocem homousion, &* NOLIM *exuti, non ero hæreticus. Quis enim me coget uti, modò* REM *teneam, quæ in Concilio per scripturas definita est?*

VI.

Peccat itaq; Jesuita 1. Crimen falsi manifestissimum committendo, dum mutilatè truncatèq; verba Lutheri allegat. 2. Dum, quod ἐξ ὑποθέσεως dicit Lutherus ac conditionatè: Id Robertus ἀπλῶς & absolutè eidem tribuit. 3. Res ipsas cum peregrinorum vocabulorum usurpatione confundendo: quandoquidem rebus iisdem sincerè καὶ ἀκριβῶς tractantis, nemo temerè hæreseos damnari neq; potest neq; debet: si maximè quorumvis nova vocabula aut phrases novè excogitatas non amplectatur. Verùm, quid de vocis hujus usurpatione senserit Lutherus, plenius & planius jamjam patebit.

VII.

Inanissimam enim porrò *calumniam & mendacium ejusdem Lutheri esse* calumniatur Calumniator, *quod eodem contra Latomum libro affirmarit, hanc ipsam vocem (homousion) sancto Hieronymo displicuisse: quod nescio quid veneni latere in syllabis arbitraretur. Neq; hoc* (pergit Jesuita) *Luthero per incogitantiam aut lapsum calami excidisse putemus. Id enim rursum repetit in libro de*

Digitized by Google

de Conciliis in hæc verba: Sanctus Hieronymus vehementer perturbatus lamentabiles literas scribebat ad Episcopum Romanum Damasum, & cupiebat expungi vocabulum ὁμοούσιον. Et addit Robertus καὶ ἐπιφώνημα: *Quid faciemus hominibus istis, qui causam non quærunt tueri suam, nisi fraudibus & mendaciis?*

8.

Bona verba, quæso, Roberte. Primò enim attende mecum D. Lutheri scopum, qui (Tom. 2. Lat. fol. 407.) is est, nimirum: Non temerè in Ecclesiam nova vocabula, novas phrases, aut novas loquendi formulas introducendas esse: quandoquidem fieri plerumq; solet, ut mutato Ecclesiæ sermone, ipsa quoq; Religionis sinceritas paulatim concidat & evanescat. Idipsum probaturus Lutherus ad autoritatem Hieronymi provocat, Epistola ad Damasum Episcopum Romanum, sic scribentis: *Nescio quid veneni latet in syllabis.* Etsi verò de voce hypostasis ibidem agit Hieronymus: Ad institutum tamen suum haud inconvenienter, nec inscitè aut ineptè, idipsum accommodare Lutherum, nemo, nisi poculo magnæ Meretricis Romanæ inebriatus, ibit inficias.

2. Fraus Iesuitæ diligenter notanda est, dum imperito Lectori persuadere nititur, quasi Lutherus allegatione ista Hieronymo Arianæ hæreseos notam impingere voluerit. A quo crimine longissimè abesse Lutherum, utriusq; loci inspectio (Tom. 2. lat. p. 407. & Tom. 7. Germ. de Conciliis fol. 257.) liquidissimè commonstrabit.

3. Pu-

Digitized by Google

3. Purum putum figmentum est, adeoq; non nisi cruda calumnia, dum Lutherum vocem ὁμοούσιον improbasse, ac Arrianis favisse Lojolanus impudenter mentitur. Diversum enim, imò contrarium planè oculari demonstratione evincitur, loco illo ipso à Bellarmino allegato Tom. videlicet 7. fol. 257. fac. a & b. ubi piè, nervosè, accuratéq; in hæc verba scribit: Daß man nicht solt brauchen mehr oder ander Wort/ weder in der Schrifft stehen/ das kan man nicht halten/ SONDERLICH im Zanck/ vnd wenn die Ketzer die Sachen mit blinden Griffen wöllen falsch machen/ vnd der Schrifft Wort verkehren, (uti videlicet factitabant Ariani) da war von nöhten/ daß mann die Meinung der Schrifft/ so mit vielen Sprüchen gesetzt/ in ein kurtz vnd summarien Wort fasset/ vnd fragt/ Ob sie Christum homousion hielten/ Wie der Schrifft meinung IN ALLEN Worten ist ꝛc. Videantur ibidem in hunc sensum plura, quæ ob chartæ angustiam huc transcribere haud licet.

IX.

Huc pertinet, quòd *Luthero nomen etiam Trinitatis displicuisse, atq; ideò è Germanorum precibus illam precandi formulam submovisse*, fingit; *Sancta Trinitas, unus* DEUS, *miserere nobis*. At verò mendacii Jesuitam convincunt, non scripta duntaxat Lutheri de DEO uno & sacrosancta Trinitate plurima, sed & Cantiones indeà diversis autoribus compositæ, quæ nostris in Scholis atq; Templis frequenter decantari etiamnùm consueverunt. Quòd verò Sacramentarii nonnulli, quos inter præcipuus est Calvinus, vo-

Fol. 267. Et lib. 1. c. 18. § penul.

Digitized by Google

vocabula ejusmodi sepulta optant, id nos non moramur. Vid. Instit. Calv. lib. 1. cap. 18. sect. 5.

X.

Primum hoc ἐγκλημα fuit Jesuitæ, sed in faviſſas redactum atq; cineres. Eo verò non contentus, duarum insuper graviſſimarum hæreseon dicam Luthero scribere non erubescit hisce verbis: *Quid? quòd non solùm Arrio, sed etiam Nestorio & Eutycheti* PLURIMUM *favit Lutherus?*

Sol. 267.

XI.

Lutherum Nestorio faviſſe plurimùm hinc astruere laborat, quòd *in magnis Postillis in concione de Natali Domini, imperitos quosdam*, ait, *Christum facere hominem omnipotentem. Quid autem est aliud* (inquit Robertus) *non esse Christum hominem omnipotentem, quàm non esse Christum hominem* DEUM: *sed duas esse in Christo personas, ut quondam impius Hæresiarcha Nestorius pradicavit?*

XII.

Hem serta tibi, Roberte, hem triumphos! At confidenter nimis Παινίκιον ante victoriam, ut est in adagio. Omissa verò jam depravatione loci istius Calviniana, qua ad impugnandam evertendamq; Majestatem, humanæ Christi Naturæ communicatam, adversùm nos malitiosè juxtà & imperitè, abutuntur: Respondemus; Jesuitam committere παραλογισμὸν ἀπὸ τοῦ ἀγνοίας τῆς λέξεως. Non enim quod suo sibi in cerebro fingit Lojolan[us] ἰδιοφαντάσματα, sunt: *Non esse Christum hominem omnipotentem.* Et: *Non esse Christum hominem* DEUM. Verùm, ad Naturæ-

rum

Digitized by Google

rum distinctionem verbis istis respexit Lutherus, differens contra Stenckfeldium cumprimis & similes fanaticos Eutychianos, qui Humanam in Christo Naturam, creaturam esse inficiabantur: atq; adeò humanitatem Christi post resurrectionem, divinæ Naturæ per omnia exæquatam esse asserebant: Ita quidem, ut jam humana Natura, divinæ (quoad essentiam & virtutem) per omnia sit æqualis, & quòd sit HOC IPSUM, QUOD DEUS EST. Quem verum esse & genuinum loci istius sensum, non saltem σκόπος textus evincit, sed verba etiam ipsa Lutheri Emphatica evidenter arguunt, cùm dicit: Die Menscheit Christi hat eben wie ein ander heilig/ natürlich Mensch/ nicht ALLES IST (in statu nimirum exinanitionis) alle ding gedacht/ geredt/ gewolt/ gemercket/ Wie etliche einen Allmechtigen Menschen aus Jhm machen. Non ergò subjectum omnipotentiæ, omniscientiæ, & reliquorum Idiomatum statuendam esse humanitatem, neq; per sese esse omnipotentem, nec propriam aliquam aut peculiarem, & ab omnipotentia τῷ λόγῳ diversam habere omnipotentiam, monere verbis istis Lutherus voluit. Et ad verba illa immediatè ibidem sequentia, *quem constituit hæredem universorum &c.* sic commentatur: *Hoc secundum* HUMANITATEM *dictum est. Credere enim nos oportet, Christum non saltem secundum divinitatem, verum etiam secundum* HUMANITATEM *esse super omnia, ita quidem, ut Christo homini omnes creaturæ sint subjectæ.*

Explic. Epistolæ fest. Nativ. Ebr. p. 91. Edit. Viteb. an. 35.

Digitized by Google

XIII.

Ἔγκλημα. tertium Eutychianam scabiem Lu-
Fol. 267. thero affricare conatur. Sic enim Bellarminus: *Libro de Concil. part. 2. Mihi inquit (Lutherus) paulò antè negotium fuit cum Nestorianis, qui pertinacissimè contra me disputabant, quòd Divinitas Christi non possit pati.* Et infrà: *Oportet, inquit, dici, hic homo Christus, hæc Caro & sanguis condidit cœlum & terram. Certè nomina divinitatis & carnis nomina sunt Naturarum, non personarum. Ergò, si Luthero divinitas patitur, si Caro cœlum & terram condidit, quis non videat à Luthero Christi naturas, cum Eutychete confundi?* Hacten. Bellarm.

XIV.

Παρέργως hîc notandum, Jesuitam vel per insciti-am, vel per incogitantiam Divinitati τῦ λόγυ, personæ appellationem perperam adimere: siquidem λόγ@ & divinitas τῦ λόγυ pro eodem sumuntur, ita quidem, ut quemadmodum ὁ λόγ@ personam essentiæ divinæ secundam notat, sic & Divinitas τῦ λόγυ. Et contrà.

XV.

Primum verò locum à Jesuita citatum quod attinet, respondemus, verba ista non καταφατικὰ, sed μιμητικὰ duntaxat esse, quæ ex sententia Zwinglij, Nestoriani, & Symmystarum consimilium, ibidem recenset Lutherus; uti Zwinglii nomen tum in textu tum in margine positum evidenter Jesuitam, nisi totus excœcatus esset, monere poterat. Cùm enim Zwinglius hoc niteretur principio, quo & Patres Græci, (sed pio sanoq; sensu) usi sunt: τὸ θεῖον ἔπαθε

ἀπα-

Digitized by Google

ἀνθρωπότης, sive, quod idem est: ἡ θεότης ἀνθρωπότης: Continuò DEUM etiam ipsum sive Naturam ac personam τῷ λόγῳ à passione excludere (Nestorianorum more) haud reformidabat. Unde ἀλλοίωσις tandem Zwingliana, larva illa Diaboli, uti Lutherus vocat, quam etiamnum hodiè adamare consueverunt & propugnare Calvinistæ atq; Jesuitæ, profluxit. Confess. Majore. Tom. 3.

XVI.

Mera itaq; calumnia est, quòd Luthero verba sensumq; istum asscribere haud veretur, præsertim, cùm loco isto ex professo contrarium doceat, adeoq; duo decies, eadem solùm paginâ (265. & facie præcedente) voculam concretivam (DEUS *est passus.*) repetat & inculcet. Quò lectorem benevolum, ne nimiùm excrescant positiones istæ, remissum volo.

XVII.

In secundi loci allegatione, more suo, per fallaciam Divisionis, malitiosè voculam (MARIÆ) omisit Iesuita, ut eò facilius Lectori fucum faceret. Quod ut liquidiùs pateat, ipsummet Lutherum loquentem audiamus: *Hic homo Christus, hæc caro & sanguis Mariæ, condidit cælum & terram, vicit mortem, peccatum delevit, infernum destruxit; quæ omnia sunt Idiomata divina, & tamen persona, quæ Mariæ caro & sanguis est, rectè ac piè attribuuntur, quia non gemina, sed una duntaxat persona est.* Hact. Lutherus. Unde liquet verba ista: (*hæc caro & sanguis Mariæ*) quasi παρενθετικὰ esse, & ἐπεξηγήσεως χάριν adjecta: ut, præcedentem vocem Hominis, de vero (non ficto aut picto) homine intelligendam esse, moneant. de Concil. p. 267. Tom. 7. Germ. Jen.

Digitized by Google

2. Si Iesuita Eutychianam hæresin è phrasium ejusmodi usurpatione exculpere conatur, quærere juvat, quid de hisce sequentibus locutionibus ac testimoniis sentiendum statuat: CARO *Christi est vivifica* 1. Joh. 6. SANGVIS JESU *Christi emundat nos ab omni peccato* 1. Joh. 1:7. SANGVIS *Christi emundat conscientiam nostram ab operibus mortuis.* Hebr. 9:14. Sed de his & similibus infrà pluribus.

XVIII.

Cæterùm, quòd scriptitat Robertus, *Lutherum eodem de Conciliis libro, dicere, Nestorium & Eutychetem ex insciția solùm aliqua, & in modo loquendi lapsos esse, alioquin utrique zelum bonum, animum sincerum, & fidem rectam tribuendo, unde propensio animi Lutheri in duos Hæresiarchas planiùs perspici queat:* Idipsum purum putum figmentum esse totus iste de Nestorio & Eutychete Tractatus (à fol. 261. ad 270.) sonora voce clamat, & meridiana luce clariùs solidissimè confirmat. Inspiciantur præcipuè loca ea, ubi Nestorium vocat arrogantem, indoctum & αὐτοδίδακτον pag. 262. fac. b. hominem imprudentem sive stolidum p. 263. adeoque justè damnatum, ibid. unâ cum Eutychete fuisse p. 267. testatur: quin & dogmata illorum apertissimis verbis HÆRESES nuncupat p. 269. fac. b. quò lectorem, veritatis amantem, remittimus.

XIX.

Totam quoque causam tumultus & tragœdiarum illo tempore excitatarum in Episcopos Catholicos, Leonem videlicet & Cyrillum, referre Lutherum, asserit Bellarminus.

Atqui

Digitized by Google

Atqui injuriam fieri Luthero summam inde patet. I. Quòd in tota ista controversia Leonis Episcopi verba secutum se esse disertis verbis profitetur. pag. 269. fac. b. II. Quòd de Cyrillo nihil asseveravit aliud, quàm quod jam olim de eodem Historia Tripart. lib. 12. Capp. 5. & 6. Edit Francf. f. 188. & 189. perscriptum reliquit, ad quam ipsemet Lutherus provocat pag. 262. fac. b.

XX.

Quòd deniq; Jesuita *Lutherum eò progressum esse scribit, ut dicat, vereri se, ne in extremo judicio aliqui Hæretici sedeant Iudices; & Episcopi, qui eos in Conciliis damnaverunt, in æternum pereant*: Id verum esse non fatemur duntaxat, sed & ταῦτ' ἀμφοῖν, tanquàm sententiam ἐυόμενον καὶ ἀνυπόδικον amplectimur, quemadmodum pluribus & exemplis & testimoniis confirmari idipsum poterat, nisi chartæ hujus nobis obstaret angustia.

XXI.

Tametsi verò Monachus, verba Lutheri κατὰ λέξιν allegat: In eo tamen dolosè peccat, quòd ea, quæ ipsius sunt, de Nestorio atq; Eutyche dicta esse fingit, quos tamen illo ipso folio, tanquam Hæreticos damnat Lutherus, doctrinamq; illorum Hæresin apertè nuncupat. Fol. 268. b.

XXII.

Destructa hactenus principali Præfationis Jesuiticæ parte; paucis reliquæ etiam, quæ censura aliqua digna videntur, perstringemus.

Digitized by Google

XXIII.

Quod itaq; in Wigando carpit & Melanchthone (quamvis hic post beatum Lutheri obitum, clancularia defectione, in Calviniſtarum caſtra trāſierit) Reſpondemus, nos nullius hominis incommodè dicta contra ſcripturam defendere: quamvis interim tritum illud in præſentia locum habeat:

Pol. 268. & 269.

Sit bonus interpres, nunquam mala verba nocebunt:
Sit malus interpres, nunquam bona verba juvabunt.

Qua de re vide infrà pluribus in Examinatione libr. 2. Cap. 7. Theſi V.

XXIV.

Quod de Brentio, Smidelino, Kemnitio ac cæteris garrit, eos nimirum, dum in CHRISTI carnem, Omnipotentiam, Omnipræſentiam, omniaq; divina attributa conferunt, eandem ſine dubio cum Divinitate confundere, lib. 3. ex profeſſo confutabitur.

XXV.

ERASMUS Newter inder vhrg.

Eraſmus noſtrarum partium nunquam fuit: ſed Pontificiorum cauſam ferè ſemper egit, ipſiq; Romano Pontifici patrocinium pro viribus præſtitit. Quo nomine verſio N. Teſtam. Eraſmiana à Leone X. approbata totiq; orbi commendata fuit: quæ tamen à modernis Pontificiis (nota vertiginem & concordiam diſcordem Romanenſium) unâ cum ipſo Eraſmo improbatur, reiicitur, damnatur, proſcribitur, & ad extremos usq; Garàmantas relegatur.

XXVI.

Neque etiam Calviniſtarum ac Sacramentari-

orum

Digitized by Google

orum defensionem susc ipimus, neq; susc ipere vel debemus vel possumus: siquidem gentis istius κυβεία nos minimè fugit; adeoq; corruptelæ ejus ac depravationes scripturarum blasphemæ jampridem toti orbi (in hoc quoq; doctrinæ Capite) à nostratibus luculenter sunt commonstratæ.

XXVII.

Quæ verò in Serveto, Blandrata, Valentino Gentili, aliisq; ejusdem furfuris hominibus damnat: Ea simul omnia, ore, corde, calamo reiicimus, damnamus, execramur. Id quod & in Confessione Augustana invariata, Articulis Smalcaldicis, ac Formula Concordiæ sub finem, jamdudum factum esse, liquet.

XXVIII.

Quod deniq; Præfationis colophonem attinet, notandum, ibidem σκώμματα partim, partim manifesta contineri mendacia. Fol. 270.

Scomma primum cum malitia conjunctum, est, quod *Lutheranos & Calvinistas* tanquam religionis Confessionisq; ejusdem socios conjungit, qui tamen toto, quod ajunt, cœlo, ab istis dissidemus, neq; pro fratribus eosdem agnoscere, vel volumus, vel possumus, vel debemus, licet sub Augustana Confessione, spuria illa, h. e. privato ac temerario ausu variata corruptaq;, latibulum sibi quærere ac comparare (frustrà) moliantur.

XXIX.

Scomma & cavillum alterum est, dum sub Arrianorum & Antitrinitariorum nomine ita fatur: *Cur tàm iniquo animo Evangelij vestri fructus colligitis?*

Digitized by Google

Confundens nimirum id, quod est καὶ συμβεβηκὸς, in putrido fortè membro aliquo; καὶ τὸ καθ' αὑτὸ: quæ ipsa criminis nota Apostolis etiam, juxta Logicam Iesuiticam, jnuri poterat.

XXX.

Tertiam cavillationem suppeditant illa Bellarmini verba: *A vobis didicimus, nihil omninò credendum esse, quod expressè in sanctis literis non habeatur.* Nos, esse & haberi in scripturis dupliciter dicimus: 1. Quoad voces, dictiones, literam sive καὶ τὸ γράμμα, ut loquuntur. 2. Quoad rem ipsam, quæ scripturis divinis implicitè continetur. Unde Patrum quispiam: *Quædam & sunt & dicuntur in scripturis: Quædam verò sunt in scripturis, licet non dicantur.* Et Augustin. *Licuit loquendi & disputandi necessitate tres personas dicere: Non quia scriptura dicit, sed quia non contradicit.*

XXXI.

Hujusmodi cavillafuerunt atq; scommata: Mēdaciorum primum est, quod scribit, *nos ferro & igni*
Fol. 270. *prosequi Tritheistas.* Id verò Hæreticorum, Papistarum videlicet & Calvinistarum proprium esse, toti orbi jampridem innotuit: à quo persecutionis genere, nos (Lutheranos) esse alienissimos, ne Iesuita quidem, nisi frontem planè perfricuerit suam, inficias iverit.

XXXII.

Ibid. Mendacium alterum his Roberti verbis continetur: *Nulli certè ex Papistis Arriani fiunt, sed quotquot Arriani sumus, ex vobis Lutherani & Calvinistæ, omnes prodivimus.*

Quò meritò referimus illud etiam mendacium cras-

Digitized by Google

crassissimum, quod pag. 261. fingit, *Michaëlem Servetum, in Scholis Lutheranorum, quibus operam dederit, errorem suum hausisse.*

XXXIII.

Responderi poterat 1. Si maximè vera essent quæ nugatur Bellarminus, nonne illud Apostoli locum hîc haberet: *Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis.* 1. Joh. 2: 19. Et quid, quæso, respondebit Robertus Apostolo dicenti: *Scio, quòd intrabunt post discessionem meam lupi graves in vos, non parcentes gregi. Et* EX VOBIS IPSIS *exurgent viri, loquentes perversa, ut abducant discipulos post se.* Act. 20: 29: 30.

2. At verò è Papistarum grege hujusmodi monstra & portenta hominum prodire, illud ipsum à Iesuita allegatum exemplum (ut silentio involvamus alia propemodùm infinita) confirmat, Michaëlis nimirum Serveti, natione Hispani, qui non in Scholis Lutheranorum, (uti mendacissimè fingit) sed Parisiis in Gallia diu commoratus est. Inde in Africam sese contulit, ut ibi Sarracenicam linguam addisceret, & Alcoranum lingua ista conscriptum eò meliùs legere posset ac intelligere. In Galliam posteà reversus, venena sua Arriana passim disseminare cœpit: uti ex historiarum lectione Iesuitam hæc minimè fugiunt.

3. Proprium deniq; Calvinistarum hoc est & Sacramentariorum, ut ex illorum Scholis tales exurgant fanatici spiritus, qui Arianis principiis imbuti & instructi, Arianam tandem etiam Hæresin palàm profiteantur. Quemadmodum plurimis idipsum

Digitized by Google

exemplis demonstrari poterat, sed unum atq; alterum duntaxat, *Iohannis* nimirum *Sylvani*, præcipuè verò *Adami Neuseri* exemplum ac testimonium hac vice sufficiat. Hic verò sequentia verba Constantinopoli, suâ manu, ad D. D. *Gerlachium* (tùm Aulicum Concionatorem liberi Baronis ab Ungnad) Anno 1574. die 2. Iulii scripsit: *Nullus nostro tempore mihi notus*, (inquit Neuserus) *factus est Arrianus, qui non antè fuerit Calvinista. Servetus, Blandrata, Paulus Alciatus, Franciscus Davidis, Gentilis, Gribaldus, Sylvanus & alii. Igitur, qui sibi timet, ne incidat in Arrianismum, caveat Calvinismum.* Hacten. Neuserus. Hinc ergò, quid de Iesuitico figmento sentiendum sit, pio lectori satis superq; constare arbitramur.

XXXIV.

Mendacium deniq; est, quòd doceamus, *in solius Spiritus judicio acquiescendum esse*: per Spiritum, intelligens, raptus illos Enthusiasticos & revelationes, quas jactitabant, peculiares atq; somnia: quæ omnia atq; singula uti de Zwinglio, Carlstadio, Stenckfeldio, Anabaptistarum grege, aliisq; hujus farinæ hominibus rectè vereq; dicuntur: Ita non nisi per enormem calumniam & perversam mentiendi libidinem nostris Ecclesiis atq; Scholis à Roberto tribuuntur.

XXXV.

Et hæc de Præfatione dicta sunto. Etsi verò prolixior aliquantò videri poterat Præfationis Bellarminianæ Confutatio: Apprimè tamen necessariam eam esse, facilè concesserit is, qui virulentam Iesuitæ criminationem diligenter expenderit, omnes istas

Digitized by Google

istas blasphemias, errores atq; hæreses nobis LUTHERANIS malitiosè impingentis, dum Præfationem illam suam mēdaciſſimam hisce verbis concludit: *Quid ad hæc reſpondere debeant* LUTHERANI, *ipſis cogitandum relinquemus. Nos verò, quæ noſtræ partes ſunt,* DEO *benè juvante, operam dabimus, ut hæc tàm blaſphema & horribilia dogmata* (Lutheranorum nempè, ut Ieſuita mentitur) *quæ fidem Chriſtianam funditùs evertunt, quæq; ad* MAHUMETISMUM *viam ſternunt ac muniunt, quàm accuratiſſimè ac luculentiſſimè fieri poteſt, refellamus.* Hæc Bellarm. NB. NB.

XXXVI.

Quin & hoc expendi accuratiſſimè optamus, totam istam Diſputationem, quæ libris duob. comprehenditur, eò à Lojolano esse institutam, non ut Arianos & Antitrinitarios aut Calviniſtas confutaret, ſed ut NOS, LUTHERANOS, quos odit acerrimè, & odio quidem non Vatiniano ſed Satanico prorsus: &, ut omnibus sui furfuris hominibus persuaderet, Lutheranos esse hoc tempore Hæreticos eos, qui tam blasphema, tamq; horribilia dogmata defendant ac propugnent. Id quod evidentiſſimè ex his ipsis modò allegatis Roberti verbis patet: quamvis in tota librorum duorum priorum tractatione nullibi ex profeſſo, (niſi obiter fortè) Lutheri aut Lutheranorum mentionem facere ausus sit. Quocirca, hac ipsa Confutatione, duos simul sequentes libros Bellarminianos, magna ex parte, diluimus & evertimus, hoc est, labem illam turpiſſimam, &, fœdiſſimam urinæ Arrianæ luem, quam-

Digitized by Google

affricare nobis nequiter conatus fuit, abstersimus & delevimus.

CONTRA
LIB. I.

THESIS I.

QUOD itaq; priores duos Controversiæ hujus Secundæ libros attinet, principiò monendus est Lector, tametsi non adeò necessum erat, priscos illos damnatosq; jamdudum Errores ex orco quasi revocari, nequaquam tamen nobis materiam ipsam, quam Iesuita tractandam suscepit, improbari: sed omnes nos, Augustanam Confessionem, (non spuriam illam & immutatam) amplectentes, hac in parte, sibi Iesuitam ὁμοψήφους habere, dum Unam in Divinitate Essentiam, Filium Patri ὁμοούσιον, ac spiritum S. à patre filioq; procedere, docet: Id quod jamdudum à nostris, unde pleraq; transscripsit Robertus, luculentiùs & accuratiùs præstitum fuit: quod tamen studiosè diligenterq; occultavit, ne quid fortè à nostris didicisse videretur.

2.

Quia verò non pauca immiscet παράδοξα, multaq; malitiosè nobis impingere per calumniam conatur: Operæ precium me facturum putavi, si eandem Bellarmini Methodum ἀμέθοδον secutus, Capita ordine perlustrando singula, quid jure in iis desiderari queat, breviter commonstrarem.

3 Pri-

Digitized by Google

3.

Primò ergò in memoriam sibi revocet Lector, Cap. 2.
oro, quid criminis & hæreseos atrocissimæ (suprà in Præfatione) Lutheranis impingere non fuerit veritus Robertus: Hîc verò perpendat diligenter, in formando Quæstionis ac disceptationis totius Statu, piscè eum magis mutum esse: dum neq; Lutheri, neq; Lutheranorum, tanquam αὐτοκατάκριτον; & falsitatis in propria sua conscientia convictus, mentionem ULLAM facere audet: Ea interim fraude utens malitiosissimè, ut sub MINISTRORUM, quos vocat, *Transsylvanorum, Hungaricorum ac Polonorum* nomine, nos quoq; suspectos Lectori imperito (Æquivocationem vocabuli non advertenti) reddat: quasi eandem cum illis Antitrinitariis Ministris, blasphemiam propugnemus & amplectamur.

4.

Neq; in Novorum etiam Arrianorum sententiæ explicatione, satis prolixa, Lutheri uspiam meminit aut Lutheranorum: hoc ipso innocentiæ testimonium nobis abundè perhibens, siquidem nihil omissurus erat, quod ad deformandas Ecclesias nostras faceret, si vel tantillum, quod speciem saltem veri haberet, venari potuisset. Cap. 3.

5.

DEUM Essentia Unum esse, & quidem Unitate numerica, uti Bellarmino loqui libet; personis verò trinũ, contra omnes Hæreticos, Samosatenianos, Servetianos, Sabellianos, Arrianos tum veteres tum recentiores; contra Eunomium, alios q; πνευματομάχους. Cap. 4.

Digitized by Google

χὰς, constanter & intrepidè, corde, ore, manuq; profitemur ac defendimus.

6.

Quod verò DEUM *singularem* dicit, *& Patrem* DEUM *sæpè vocare singularem*, scribit, velim conferat cum P. Lombardo, Magistro sententiarum, disertè idipsum pernegante, ut inde ὁμοψηφίαν suorumq; concordiam addiscat. Ita verò scribit iste libr. 1. Dist. 23. §. 9. *Ecce ex prædictis ostenditur, quia nec singularis, nec diversus, nec unicus vel solitarius confitendus est* DEUS: *quia singularitas vel solitudo personarum pluralitatem excludit, & diversitas unitatem essentiæ tollit.* Idem repetit & inculcat Distinct. 24. §. 1.

7.

Deniq; ineptus est Iesuita, ne quid dicam durius, quòd Essentiæ divinæ unitatem è Philosophis etiam & cœcis Gentilibus probare nititur & constabilire, in scenam & forum Theologicum producendo Platonem, Aristotelem, Plutarchum, Homerum & alios, quos sub finem Capitis allegare non dubitavit.

8.

Quicquid, porrò, boni ac solidi sequentibus sex Capitibus in asserenda vera Filii Deitate proponit Iesuita: Id omne à nostratibus mutuatus est, quamvis idipsum alto involvat silentio, ne quid fortè à nostris didicisse videri queat. Id quod semel hoc loco monuisse sufficiat.

9.

Cap. 4. Arrianismum sapit, dum locum Philip. 2. *Dedit illi nomen, quod est super omne nomen &c.* Calvinistarum

Digitized by Google

rum gregem secutus ad Divinam Naturam refert. Quod hoc Syllogismo sic ostendo:

Si Christo, quâ DEUS, *datum est nomen super omne nomen, non erit Filius per Naturam* DEUS.

At verum primum, (juxta Robertum)

Ergò & secundum.

10.

Connexio Majoris astruitur hoc Prosyllogismo:

Quod Christo ex gratia & in tempore datum est, id per Naturam & ab æterno non habet.

At ex gratia, &, in tempore, Christo datum est nomen super omne nomen &c. E.

Per Naturam & ab æterno id ipsum non habuit, &, per Consequens, Filius naturâ non est DEVS. Id quod Arrianum est τὸ ἀσεβές.

Minoris veritas è vocula Paulina ἐκενώσατο patescit, qua de in ipso, DEO juvante, conflictu, uberiùs disseretur.

11.

Secundam argumentorum classem è V. Testam. petitam acceptamus, ut orthodoxam: Falsum autem & erroneum, quod sub finem Capitis *vocem* יהוה: *Angelis quoq; tribui* affirmat. Cap. 5.

12.

In tertia argumentorum classe, denuò miserè torquet & intorquet, insigne illud Paulinum κένωμα. Phil. 2. quod humanæ Naturæ Maiestatem sonora voce docet & confirmat: qua de re alibi pluribus. Quin & argumentum primum, quod è loco Decimotertio (Joh. 1.) extruere conatur, è Philoso- Cap. 6.

D phicis

Digitized by Google

phicis lacunis petitum, soli Jesuitæ & contribulibus reliquendum ducimus.

13.

Cap. 7. Caput septimum nihil à veritate alienum tradit, nisi quòd satis imperitè ac ineptè voculam יְהוָה Judæis ex mera superstitione ἀνεκφώνητον, melius efferri garrit p vocem יְהֹוִה: siquidem dictionem יְהוִה nuper excogitatam esse, stolidissimè juxta atq; ineptissimè fingit.

14.

Cap. 8. Ex Attributis DEI, divinitas Filii rectè astruitur, ceu sunt: Æternitas, Immensitas, Potentia, Sapientia, Bonitas, &c. quæ omnia nostra agnoscimus. Falsum autem dum § Immensitas. *Locum spiritualem sanctorum, ipsummet* DEUM nuncupat, qui potiùs Objectum beatudinis nostræ dicendus est. 1. Joh. 3: 2. *Cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est.* Præterea, ibidem è loco Joh. 3. Matth. 18. &c. nonnulla infert, quæ ὀρθοδοξίαν minimè referunt, uti in progressu dicetur, quamvis sibi ipse Monachus manifestissimè contradicat, uti videbimus infrà itemq; de Sacramentis. Quemadmodum etiam in expositione loci Matth. 28. Data est mihi omnis potestas &c. fluctuat, & quò se vertat, aut ubi pedem figat, in certus est: qua de re in conflictu forsan agetur fusiùs.

15.

Cap. 9. Ex Operibus solius DEI propriis, ceu sunt: Creatio, conservatio, salvatio, occultorum præcognitio, patratioq; miraculorum, Filii Deitas rectè astruitur. Quòd verò Lutherum suggillat, λόγον *Instrumentum*

Digitized by Google

περιτεμνω appellantem, respondemus, eum hac in parte secutum fuisse alios eodem penè modo loquentes, præsertim D. Basilium lib. de Spiritu S. Cap. 16. qui Patrem προκαταρχικὸν, Filium δημιουργικὸν, Spiritum S. τελειωτικὸν Creationis causam, non sine παλαιᾷ τινὶ aliqua nuncupauit. Verba D. Basilii sunt hæc: Ἐν τῇ τῶν ὅλων κτίσει, ἐννόησόν μοι, τὸν μὲν προκαταρκτικὸν αἰτίαν τῶν γινομένων, τὸν δὲ ποιητικὸν, τὸν δὲ δημιουργικὸν, τὸν δὲ τελειωτικὸν, τὸ πνεῦμα. Ὡς βουλήματι μὲν πατρὸς, τὸ λεγόμενον πνεῦμα ὑπάρχειν· ἐνεργείᾳ δὲ τοῦ υἱοῦ, εἰς τὸ εἶναι τὰ ὑφεστῶτα· πρεσβείᾳ δὲ τοῦ πνεύματος τελειοῦσθαι. In Genes. Cap. 1.

Non verò eo consilio ac fine ita locutus est Lutherus, ut Arianæ Hæresi atq; blasphemiæ patrocinaretur, sed ut populariter loquendo, dilucidiùs paulò Creationis Articulum proponeret: siquidem ex professo ibidem Divinitatem Filii astruit. Sic enim scribit: *Instrumentum seu Medium, quo* DEUS *usus est, est vius* OMNIPOTENS *verbum quod cum* DEO *fuit ab initio, & sicut Paulus loquitur, ante constitutionem mundi.* Et paulò post: *Id verbum est* DEUS, *& est Omnipotens verbum, prolatum in divina Essentia.* Quin & pagina præcedente explicando verba illa: *Et spiritus Domini ferebatur super aquas, Arium è Joh. 8. & Prov. 8.* solidè refellit & confutat.

Deniq; scomma est fictitium, contra conscientiæ propriæ testimonium (si modò Lutheri scripta legit) à Jesuita hunc in modum prolatum: *Lutherus plus habet loquacitatis, quàm solidæ doctrinæ.*

Contrà, Erasmum tuum rectiùs & candidiùs, ἄνευ περιφράσεως, judicantem audi. Cùm enim *Mani-*

Digitized by Google

nus Caracciolus & Hieronymus Aleander, Pontificis Romanensis Oratores, *Erasmo Roterodamo*, Coloniæ Agrippinæ, anno supra sesquimillesimum, vicesimo, Papæ sui verbis, Episcopatum promitterent pinguissimum, si pro Pontifice contra Lutherum scripturus esset, respondit ille, verbis sequentibus: *Major est Lutherus, quàm ut in illum scribam Ego: Major est Lutherus, quàm ut à me intelligatur. Planè Lutherus tantus est, ut plus erudiar & proficiam ex lectione unius pagellæ Lutheranæ, quàm ex toto Thoma.* Hæc Erasm.

16.

Cap. 10. Patres, quos magno citat numero, neutiquam improbamus, sed ut testes sinceræ doctrinæ, quam è fontibus Israëlis hauserunt, lubentes admittimus. *Conciliabuli* quoq; *Tridentini* mentionem faciens autoritatem ei conciliare aliquam allaborat.

17.

Cap. 11. Classe Argumentorum octava, impietatem cordis sui prodit Jesuita, dum *Sibyllas multa clarius prædixisse, quàm ullos Prophetarũ calamo blasphemo scriptitat.*

Itáne verò Psalmis Davidicis, Prophetarum oraculis, Esaiæ cumprimis, Veteris Instrumenti Evangelistæ, vaticiniis, detracta perspicuitate; Diabolorum perplexis ac superstitiosis vaticiniis lucem atq; splendorem tribuis? Itáne ad legem & testimonium tibi advertendum arbitraris? Esa. 8. 20. Hóccine est expendere id, quod D. Petrus 2. Epist. cap. 1. 19. præclarè & magnificè de scriptura Prophetica testatur, dicens: Habemus firmiorem Propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ, lu-

CENTE

Digitized by Google

CENTI in loco caliginoſo, donec dies illuceſcat & lucifer oriatur in cordibus veſtris?

18.

At verò aliud inſuper quæritat Robertus tanta tamq; magnifica Sibyllinorum Carminum commendatione, quam fictitio quodam Clementis teſtimonio roborare nititur, videlicet, ut ſuperſtitioſa nō pauca, Idololatrica atq; Ethnica ſacra confirmet: quæ de re vide Robertum noſtrum Controv. Gener. ſeptima lib. 2. cap. 27. ubi ad ſtabiliēdam adorationem crucis Chriſti è Sibyllinis adducit hunc verſiculum:

O lignum felix, in quo DEUS *ipſe pependit.*

19.

Ineptus deniq; eſt Jeſuita & ridiculus, dum è teſtimoniis (quæ ipſe divina vocitat) viſionum atq; miraculorum, divinitatem Filii aſſerere molitur, πὲρ ἀρχῆ λαμβάνων, ut inquit philoſophus. Præter unum enim exemplū *Arrij*, fœda morte in publicis latrinis per ſubitam ventris ſolutionem extincti, quid, quæſo, in toto iſto Capite recenſetur, quod vel ſpeciem ſaltem aliquā veri habeat? Tūne, Roberte, fidem habes iis, quæ è Victore Uticenſi recitas: *Aliquot nimirum Catholicis hominibus juſſu regis Arriani linguas reſectas fuiſſe evulſas, & eos tamen ſemper locutos optimè, quouſq; vixerunt?* Verùm huiuſmodi hîc nugas aſpergere Demonſtrationibus Theologicis tibi libuit, ut & in cæteris figmētis atq; deliriis Papalibus conſimili audacia liberiùs uti poſſes. Cap. 2.

20.

Poſteaquam de vera Filii Deitate proliuè ad- Cap. 3.

Digitized by Google

modùm disseruit Jesuita: Spiritum S. quoq; verum DEUM esse (id quod Titulus Controversiæ, ac Lex κατ' ἐξοχὴν, monent, scilicet) cõfirmare pergit. Etsi verò approbamus omnia, quæ ritè è scripturis ad confirmandam Spiritus S. Deitatem, adde & Patrum Orthodoxorum consensu, adduxit: Tamen, non possumus nõ detestari insignem hominis stoliditatem vel amentiam potiùs, quod fabellis, nugis asq; miraculis mendacissimis eandem comprobare haud veretur, non attendens ad Oracula cœlestia, quæ suprà Thes. 17. allegata fuerunt; & Psal. 119: 105. Lucerna pedibus meis verbũ tuum: & lumen semitis meis. Itemq; ad id, quod in Ecclesiastico cap. 34: 8. extat: ἄνευ ψεύδους συντελεσθήσεται νόμος, sine mendacio consummabitur Lex (doctrina cœlestis) & sapientia (divina) ori fideli consummatio.

21.

Cap. 14. n. Cæterùm, in confutatione Antitrinitariorum, nihil magnoperè desideramus, præterquàm quòd obscuriùs ac copiosiùs, quàm par erat, omnia tractavit: saltem, vt spissitudine atq; crassitie libri suis admirationem cõcitaret, lectionem ostentaret variam, & imperitorum oculos facilius perstringeret; Prudentioribus verò Suffenũ se esse apertè confirmaret.

22.

Cap. 17. Quod Cap. 17. Christum, Mediatorem, non ut DEUM sed ut hominem esse, dicit: Id in libri quinti Confutationem reiicio. Calumnia de illa precationis formula: *Sancta Trinitas, unus* DEUS *&c.* quam submovisse Lutherum è Germanorum precibus, denuò

Digitized by Google

nuò garrit Jesuita, jam tùm in præfatione suprà (Thes. 9.) protrita est ac confutata.

23.

Cap. 18. Jesuitæ accidit id, quod est apud Poëtam: *Stulti dum vitant vitia, in contraria curunt.* Ad locum enim Ecclesiastici Cap. 24. (scripti Apocryphi) responsurus: totus fit Arrianus, dum Filium non generari duntaxat, sed & CREARI disertissimis verbis pronunciat: Responsione ad locũ Prov. 8. QVINTA (cum unica è fonte Hebræo petita solidissima, proindeq; sufficientissima esse poterat.) §. Dicimus igitur. Cap. 18.

24.

De Operum meritis in explicãdo loco Matth. 20. *Sedere ad dextram meam vel sinistram meam non est meum dare vobis &c.* impertinenter, imò inscitè admodùm h. l. disserit: siquidem conditionem suam servilem, à gloria & Majestate secutura isto loco distinguit servator, nec magis Arianorum causam juvat, quàm, cùm in herciscunda hæreditate politici judicis partes recusavit Luc. 12: 14. Cap. 19.

25.

Caput ultimum nihil à veritate dissonũ habet, nisi quòd insulsè tractans locum Paulinum Rom. 8: 26. Ipse Spiritus (sanctus) postulat (intercedit) pro nobis gemitibus inenarrabilibus, ad donum Orationis duntaxat, quo clamat ac gemit anima, perperàm eundem restringit. Et hæc ad librum Primum dicta sunto. Cap. 20.

CON-

Digitized by Google

CONTRA
LIB. II.
THEM. I.

NUM verum DEUM esse, non Patrem solùm, sed Filium etiam ac Spiritum S. superiori libro prolixè admodum, hoc est, foliis XXIV. integris, cum dimidio, probavit Jesuita: Nunc verò eadem penè ratione realem Personarum in Essentia divina distinctionem ostensurus, quinq; libri huius Capita Generalia constituit: quorum primum voces, quibus in hoc explicando mysterio utimur, tractat, ceu sunt: Essentia, homo usios, hypostasis, substantia, persona &c Secũdum, Patrem, Filium & Spiritum S. licet unus sint in Essentia DEUS, tria tamen verè supposita ac distincta esse, docet. Tertium, argumenta cõtraria diluit. Quartum, an Filius αὐτόθεος dici possit, disquirit. Postremũ, Processionem Spiritus S. à Filio astruit. In his omnibus, (quo ad materiam ipsam) excepto duntaxat Capite Generali quarto, de quo infrà Examinatione Capitis specialis XIX. dicetur, planè nos ὁμοψήφους habet: siquidem jam dudum à nostris etiam hæc omnia atq; singula longè planiùs & accuratiùs pertractata fuerunt, à quibus quid acceperit Jesuita, egregiè dissimulare novit.

2.

Modum verò tractandi quod attinet, cùm varia hinc inde admisceat, quæ censura maximoperè indigent: Non abs re fore putavi, si παράδοξα eiusmodi

Digitized by Google

di Bellarminiana præcipua, quàm fieri potest brevissimè indicarentur, ne cramben bis tèrve coctam & recoctam identidem apponi necessum sit.

3.

Quod ergò quinq; priora Capita concernit, nihil occurrit, quod peculiarem animadversionem desideret. Lubens enim volensq;, ne pio lectori prolixitate nimia sim molestus, leviora illa, quęq; cuivis facilè sunt obvia, prætereo. V.C. quòd cap. 3. θεότης καὶ οὐσία τοῦ θεοῦ: quòd μορφὴν τοῦ θεοῦ καὶ οὐσίαν αὐτοῦ: quòd *Essentiam & Naturam simpliciter* ἰσοδύναμα μέντοι *esse* opinatur: quòd Cap. 4. §. 1. Editione tertia, *Ipsam Essentiam, si reipsa existat, & non sit in alio, ut pars in toto, vel ut forma in subjecto, hypostasin dici* statuit: quòd (bis) cap. 5. τρίας *pro* τριὰς, Cap. 19. ἀϋπαλήθεια pro ἀϊδιαλήθεια, *sive* ἀϊδαλήθεια scribit: quòd Cap. 26. *de incompossibili & incompossibilitate* barbarè disputat, & quæ sunt id genus alia: præsertim, cùm Editione postrema, aliqua ex his ipsemet Iesuita correxerit, nonnulla verò una litura induxerit & damnaverit. Cap. 1. & 3. 4. 5.

4.

Sexto Capite 1. temerè cum Hebraistis nonnullis reiicit argumentum petitum à conjunctione nominis DEI pluralis אֱלֹהִים cum verbo singulari: Et quamvis ratiunculis nonnullis Rabinismum à se propulsare conetur, nullius tamen eas momenti esse, alibi sæpè indicavimus, & in Quæstionibus sive problematis nostris Miscellaneis uberius, σὺν θεῷ, commonstrabitur. Cap. 6.

2. Arrianum est, quòd §. Igitur his omissis. in hæc

Digitized by Google

verba scribit: *Nam si ita fieret* (videlicet, ut aliquis producatur à seipso) *simul esset & non esset: cùm producere exigat, rem jam esse, quæ producit;* PRODUCI *autem exigat, rem* NON *esse antequam producatur.* Hoc enim nihil aliud in recessu habet, quàm Arrianum illud pronunciatum: *Fuisse πότε, ὅτε οὐκ ἦν ὁ λόγος.* Verumenimverò, cùm Bellarminus ipse verba ista, Editione postrema, omittendo, (rectè) damnaverit; acquiescimus in eo, quod vulgò jactatur: *Ἀλλ' ἄλλο φρονοῦντες σοφώτεροι.*

3. Neq; illud etiam odiosè exagitabimus, §. Præterea. Ubi PROCESSIONEM *Filio quoq;* tribuit, quæ una & sola est Spiritus S. nota Characteristica. Rectiùs enim hîc Iesuitam sentire, (nisi τὴν θέσιν φυλάξειν perrexerit) quàm loqui putamus.

Cum quo coincidit, quod ibidem §. statim sequenti asserit, *Missionem in divinis non posse intelligi, nisi secundum Processionem.* De Spiritu S. id quidem verè rectèq; dicitur, misso à Patre Filioq; : siquidem Filio, ut nota Characteristica γέννησις: Spiritui S. ἐκπόρευσις tribuitur.

4. Elumbe est & valdè friget, quod Argumento quarto in recitatione locorum scripturæ Genes. 1. Dixit DEUS faciamus hominem. Gen. 3. Ecce Adam quasi unus ex nobis. Gen. 19. Pluit Dominus à Domino &c. *difficile inquit esse, Rabinos ista eludentes convincere, autoritatem tamen suam habere, quia* PATRES *passim his argumentis utuntur.* Tunc nudo ac puro homini, Roberte, plura & majora tribues, quàm ipsi Spiritui S. in Scripturis per Prophetas loquen-

Digitized by Google

quenti? An non & Patres argumento, quod tu sub initium Capitis repudiasti, passim utuntur?

5.

Insigni porrò injuria *Johannem Wigandum*, Academiæ olim hujus Professorem Orthodoxum, afficit Iesuita, dum eum asseruisse clamitat, Essentiam in divinis generare & generari. Sic enim arguit: Cap. 2.

Si Essentia in divinis gignit & gignitur. E.
Duæ sunt Essentiæ.

6.

Respondemus committi à Iesuita παραλογισμὸν ἐκ τοῦ κατὰ τί καὶ ἁπλῶς. Quod enim Wigandus p. m. κατά τι, secundum quid ac limitatè dicit: Id Lojolanus ἁπλῶς interpretatur. Qua de re inspiciantur Nebulæ Arrianæ luce veritatis divinæ per eundem discussæ pag. 51. 52. 53. & seqq. ubi multoties expressè asseverat: Filium DEI ideò dici, *quòd ex substantia* PATRIS *natus sit: quòd sit unigenitus à* PATRE: *quòd à solo* PATRE *genitus &c.*

Id ut rectiùs intelligatur, diligenter notanda est utilissima maximeq; necessaria distinctio, nimirum, Essentiam divinam aliàs *Absolutè*, aliàs *Relatè* sive limitatè considerari. Priori modo communis est toti Trinitati, Patri, Filio & Spiritui Sancto: Posteriori, vel de Patre, vel Filio, vel Spiritu S. sumitur.

Illo modò dico: *Pater Filius & Spiritus S. sunt una illa indivisa Essentia divina:* Hoc verò: *Pater est Essentia divina: Filius est Essentia divina: Spiritus S. est Essentia divina.* Perindè, ut Orthodoxè dico: *Hæc est Essentia gignens, hæc est Essentia genita, hæc est Essen-*

Digitized by Google

tia procedens. Absolutè considerata, Essentia; *non generat, non generatur, non producit:* Relatè accepta: *Generat, generatur, producit.* Sic quoq; dico: *Persona gignens, persona genita, persona procedens:* DEUS *gignens,* DEUS *genitus,* DEUS *procedens.* Et rursus: *Omnipotentia gignens, omnipotentia gentia, Omnipotentia procedens. Omniscientia gignens, Omniscientia genita, Omniscientia procedens,* & sic deinceps in cæteris quoq; Idiomatibus atq; Attributis divinis. Hæc fusiùs aliquantò, clarè & perspicuè, hoc loco explicare volui, quia lucem afferũt universæ huic tractationi: & iis etiam, quæ infrà libr. 3. excutienda sunt.

7.

Concidunt ergò nugæ Robertinæ, quibus similem fallaciam ostendere molitur:

Homo est Species.
Petrus est homo E.
Petrus est species.

Vel:

Petrus est Individuum
Petrus est homo E.
Homo est Individuum.

Priori syllogismo omisso, qui sensu Ramæo tolerari poterat, alterum sic corrigimus:

Petrus est Individuum.
Petrus est (Hic) homo E.
(Hic) homo est Individuum.

Reponimus insuper in gratiam Roberti, pro defensione piæ atq; Orthodoxæ WIGANDI sententiæ, & hunc Syllogismum:

Pater

Digitized by Google

Pater gignit.
(Hæc) Essentia divina est Pater, E.
(Hæc) Essentia divina gignit.

Ecquid hîc habes, Roberte, quod jure carpere queas ac reprehendere? Sed pergendum ad alia.

8.

Quæ ergò ad Caput Septimum modò dicta sunt, præcipuè inserviunt iis omnibus, quæ sequentibus Capitibus, ad XVIII. usq; (inclusivè) à Iesuita confusè & intricatè proponuntur ac respondentur.

9.

Et quidem Capitis 8. Δέξοδον mutationem haud vulgarem passa est, Editione postrema, uti è Collatione Exemplarium cuivis patebit. Ideoq; faciliores in animadvertendo esse possumus. Cap. 8.

10.

Nono Capite variè se torquet Robertus, dum quod modò negat, affirmare mox videtur, Editione præsertim tertia: Attamen in Correctione postrema acquiescimus, præsertim, cùm sub finem expressè hæc è Thoma p. 1. q. 28. art. 3. adjecerit, quòd in DEO Relatio sit substantia; In creaturis verò Accidens. Cap. 9.

11.

Quæ 10. 11. & 12. Capp. differuntur, nos non feriunt: Curiosiùs tamen magis, quàm piè disputat, num rectiùs dicatur: *Filium* DEI *semper natum, quàm nasci*: quod ex illo Davidico Ps. 2: 7. הַיּוֹם יְלִדְתִּיךָ rectissimè solvitur: Idq; tùm fiet commodissimè, si omni penitùs sublato temporis respectu in absolutissima Cap. 10. 11. 12.

Digitized by Google

tissima illa æternitate, Essentia DEI simplicissima purissimaq; , simpliciter ac piè, sine ulla hæsitatione, credatur. 12.

Capita sex ordine sequentia è Scholasticorum impurissimis ac turbidissimis lacunis sunt desumpta, omni fructu, utilitate atq; ædificatione carentia: saltem ostentandi (in divinis mysteriis) ingenii gratia, ut solus iste sapere videatur; reliqui verò volitent sicut umbræ. 13.

Quid? quòd omnia ita obscurat & involvit, ut Oedipo interdum divinatore & lucerna Diogenea opus esse videatur. Neq; verò hinc unquam verum sensum, sanamq; doctrinam hauriet aut percipiet; qui non è nostratium libris, perspicuè ac methodicè scriptis, ὀρθοδοξίαν jam antè didicerit. Exemplum rei hujus illustre admodùm cernere licet Cap. 15. ubi ita confusè, ita insulsè & ineptè omnia tractat; ut omninò statuam, Iesuitam ipsum non assecutum esse omnia, quæ Sophistæ olim deblaterarunt: Idq; colligo è correctione Editionis postremæ admodùm operosa, qua in dicto Capite non pauca expunxit, multa de novo inseruit, & tamen ne sic quidem sibi ipse satisfecit. Confer, si lubet, §. At verò. & sequentia omnia ad §. Ad illud primum. -- Probè autem cognitis perspectisq; iis, quæ suprà Thes. 5. diximus, omnia pleniùs & planiùs involucra ista περὶ ἰθλήματα Lojolana intelligentur.

Cap. 15. n. 14. & 15. & 17. &c.

14.

Præter meritum (hac in parte) flagellat *Calvinum*, Christum ἀνυπόθετον appellantem, eo sensu, quo dicunt

Digitized by Google

dicunt Græci: αὐταδελφον, αὐτοξύσιον, αὐτοαγαθον, αὐτοσύσσιον, αὐθυπόστατον, αὐτοπάλειον, αὐτογενῆ, αὐτόζωον, αὐτοδύναμον & alia sexcenta. Sic enim Epiphanius etiam olim (teste Roberto) Filium DEI vocavit αὐτοπάλειον καὶ αὐτόθεον h. e. verè perfectum & verè DEUM.

15.

Notanda & hîc vertigo Iesuitæ, ubi dicit: §. ultimo. *Pater non est* DEUS *à se, sed à nullo. Esse enim à se est productum esse à se.* Atqui hoc temerarium cerebri Iesuitici figmentum esse, patet inde, quòd contrarium suprà asseruit, præfatione, §. Johannes Wigandus. Ubi expressè scribit: *Nihil potest seipsum gignere, nihil à seipso generari.* Et Cap. 6. lib. 2. §. Igitur his omissis. *Qui accipit esse ab alio, necessariò ab eo distinguitur reipsa: Nec enim fieri potest, ut aliquis producatur à* SEIPSO. Quæ manifesta est αὐτοφασις.

16.

Postremam Disputationis partem Cap. 20. aggreditur Iesuita, videlicet, de *processione Spiritus S. non à Patre duntaxat, sed Filio etiam coæterno*, tũ propter Armenos, Græcos, Ruthenos, Moscos & alios, quos adhuc in errore perseverare scribit, tum etiam propter novos Arrianos. Cap. 20. 21. 22. 23. 24. 25.

17.

Etsi verò, quod statum Controversiæ & materiam ipsam concernit, nihil à Iesuita dissentimus: Tamen non potest non displicere nobis, quòd Thomam secutus, ex ratione idem arcanum confirmare supercilioſè conetur: quæ tamen meritò tanquam ad tantum tamq; immensum splendorem cæcutiens, sine verbo tacere, imò obmutescere, debebat: Cap. 26.

Digitized by Google

siquidem mysterium hoc verè ἄῤῥητον est καὶ ἀνεξερεύνητον, ideoq; deposito fastu atq; supercilio expenderet illud potiùs Paulinum ἀξιόλογον· λέγω γὰρ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν, μὴ ὑπερφρονεῖν, παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν. Rom. 12: 3. Itemq; illud prov. 25: 27. *Qui scrutator est Majestatis, opprimetur à gloria.* Id quod exemplo suo nobis Lojolanus (hoc quoq; loco) reddit testatissimum, dum, spirationem in Activam & Passivam distinguens, passionem Spiritui S. non sine absurditate tribuit. Et quod atrocius est, in hæc verba scribit ferè sub finem Capitis: *Sicut non repugnat uni personæ, ut sit dicens & amans, seu Pater & Spirator; ita non repugnat* UNI *personæ, ut sit verbum & amor, Filius & Spiritus sanctus.* Etsi verò rectiùs sentire Jesuitam puto, (siquidem ex professo suprà contra Sabellium, aliosq; Antitrinitarios disseruit) manifestum tamen inde fit, in quos sese labyrinthos, spretis Israëlis fontibus, relictáque simplicitate Piscatoria, suis cum nugis atq; quisquiliis humana ratio conjiciat ac præcipitet.

18.

Cap. 27. 28. 29. Probamus, quæ Capp. 27. 28. & 29. proponuntur. Quod autem denuò Cap. 28. non sine nausea repetit particulam, *Filioq;*, rectè fuisse additam dicens: id impertinenter facit Iesuita, saltem ostentandi ingenii causa, & ut Liber longiùs excrescat. Et quidem ineptissimus est Robertus, dum in parte Capitis altera principium petit, Papam summum Doctorem & Pastorem Universalem nuncupando: Papam, cum ex cathedra loquitur, errare non posse, asseren-

Digitized by Google

ferendo, & quæ sunt consimiles gerræ aliæ, de quibus sequente controversia generali tertia rectiùs tractatur. 19.

Improbitatem crudelitatemq; cordis sui satisq; superq; prodit Iesuita Cap. ultimo, dum miseriæ ac servituti Græcorum adeò protervè insultat. At velim, Roberte, memineris & expendas diligenter, quod Luc. 13: 1. & seqq. Servator noster Christus, quibusdam nunciantibus, de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum, respondit: *Putatis, quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint quia talia passi sunt?* NON, *dico vobis &c. Aut, illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloah & occidit eos. Putatis, quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines, habitantes in Jerusalem?* NON, *dico vobis, sed si pœnitentiam non habueritis, omnes similiter peribitis.* Non inficiamur equidem, ob delicta sua Græcam gentem pœnas ejusmodi gravissimas esse promeritam, adeoq; etiamnum iisdem affligi: An verò propterea, tu statuis, Roberte, ob solam istam in hoc Articulo ἀπόφασιν factum hoc esse, & etiamnum durare servitutem? Num superbiam, luxum, intemperantiam, aliaq; gentis istius, contra utramq; tabulam, delicta, secludenda putas? Quid causæ est, obsecro, cur Pannonia, vicinæq; regiones atq; urbes tot annos jam miseram servitutem serviant? Rimare, quæso, ac perscrutare Idolatrii, totiusq; cœtus vestri, Idololatriam horribilem, verbi divini immanem contemtum, Sacramentorum divinitùs institutorum profanationem incredibilem: Intuere

Cap. 30.

Luc. 13. 1. 2. 3. 4. & 5.

Digitized by Google

libidines, cædes, avaritiam Curiæ Romanæ inexplebilem, & alia scelera horrenda, de quibus verè Mantuanus:

Sanctus ager scurris, venerabilis ara Cynadis
Servit, honorandæ Divum Ganymedibus ædes.

Et: *Venalia Roma*
Templa, Sacerdotes, altaria sacra, coronæ,
Ignis, thura, preces, cælum est venale, DEUSq;.

Ac notum illud tritum:
Ovum (Romanenses) *dant nulli, nî sit retributio (pulli.*

Unde Albericus de Rosate:
Curia Romana non petit ovem sine lana.

Et: *Roma manus rodit, non dantes spernit & odit.*

Item: *Si caput à capio, vel dixeris à capiendo:*
Tunc est ipsa Caput: Omnia namq; capit.

Sed hæc Romanæ Synagogæ & Thaidis Babylonicæ ἀκολασήματα, alibi, DEO juvante, rectiùs & commodiùs tractabuntur.

CONTRA
LIB. III.

THEMA PRIMVM.

MAXIMAM Tractatus hujus partem insumsit hactenus Iesuita, copiosissimè coacervando ea, quæ extra omnem dubitationis aleam apud nos, nostrisq; in Ecclesiis, Augustanæ Confessioni invariatæ addictis, sunt posita,

Digitized by Google

posita; nimirum, DEUM in Essentia unum, personis trinum esse; Filium & Spiritum S. Patri ὁμοούσιον, & Spiritum S. à Patre Filioq; procedere, siquidem libro primo XXIV. libro secundo XIX. folia complevit integra: Deinceps, in Quæstione potissima principalissimaq;, unde Titulum Tractatus iste suprà sortitus est, explicanda, succinctior erit & concisior. Istud nimirum Oratorum Vulgus hac in parte imitat°, quod principalem Controversiæ Statum reformidans ac declinare cupiens, prolixis, iisq; splendidis atq; affabrè comptis, pictis & fictis Exordiis, aliisq; παρέργοις tractandis occupatur: Interim ad ipsa πρᾶγμα ubi ventū est, vel temporis augustiam causatur, vel prolixitatem prætendendo nimiam receptui mox canendum, & ad finem jamjam deveniendum, properandumq; esse, identidem vociferatur.

2.

Quod si scorias nullas atq; quisquilias auro purissimo nitidissimoq; immiscuisset Robertus: omisso superiorum librorum Examine, ad præsentis libri discussionem accessum continuò fuissem facturus. Veniam proinde datum mihi iri confido, quòd in expurgandis istis, hactenus, propemodùm invitus, immoratus fuerim.

3.

Maximi jam momenti Controversiam, adeoq; arcem causæ aggressurus, ea ferè tractat, quæ vel extra dubitationis aleam sunt posita, vel apud Adversarios nostros, Calvinistas, applausum habere videntur; ceusunt, ex illa parte, Nestorianum, Eutychianumq;

Digitized by Google

numq; dogma: ex hac verò, Majestas omnipræsentiæ, quam Ubiquitatem vulgò indigitant Sacramentarii; contra quam omnia venenata sua tela atq; spicula hostiliter vibrat & intorquet: &, ut in hac palæstra strenuum se luctatorem præstet, gnaviter quidem, sed frustra tamen, ut infrà patebit, allaborat.

4.

Etsi verò pleraq; confusè tractat κατ' ἀμεθόδως, quæ omnia ad leges Methodi revocari possent commodiùs: Attamen filum stylumq; Monachi sequemur, uti factum in præcedentibus, ne quid fortè, quod refutatione indigeat, prætermittere velle videamur.

5.

Cap. 1. *Duo ergò hoc tempore genera errantium esse circa Incarnationem* dicit Robertus: *quorum aliqui apertè ac directè oppugnent hoc mysterium: alij obscurè & quasi obliquè.* Ad *primum* genus Anabaptistas refert & Swencofeldianos. Illi, Christum veram Carnem ex Virgine assumptam nequaquã habuisse; Hi verò Christi humanitatem, non Creaturalem sed supercreaturalem esse contenderunt. Quos rectè damnat hoc loco Robertus. Ejusmodi verò monstra ac portenta jamdudum à nostris, Luthero, Wigando & aliis confutata, explosa, profligatàq; sunt: Idq; in Formula etiam Concordiæ à nostris factum esse non ignorat Bellarminus.

6.

Ad *secundum* genus pertinere hoc tempore *ferè* omnes Lutheranos dicit.

7. No-

Digitized by Google

7.

Notari hîc diligenter velim particulã istam προσδιορισικὼ: quam ideò adjecit Robertus, ut sub ὁμωνυμίᾳ istâ, sectarios etiam atq; Hæreticos, quos palàm improbant ac damnant, nostræ Ecclesiæ, Crypto-Calvinistas nimirum & Sacramentarios lucifugas, itemq; Stenckfeldium & similes fanaticos complecti, atque imperitis glaucoma objicere faciliùs, queat: quemadmodum, cùm aliundè, tùm ex hoc ipso etiam Capite, nec non sequenti secundo, patebit.

8.

Lutheranos duo docere ait, *ex quibus sequatur, eos vel esse Eutychianos vel Nestorianos, vel monstrum ex utraq; hæresi temperatum.* Gravis hæc est atq; robusta Roberti accusatio. Probatio ejusdem succedit. PRIMÒ, *dicunt Carnem Christi habere attributa Divinitatis ac præcipuè Omnipræsentiam.* SECUNDÒ *docent, hypostaticam Unionem consistere in ista communicatione attributorum divinorum ipsi Carni & humanitati.*

9.

Utrunq; nostrum esse, sanosensu, agnoscimus: Paucula tamen, ἀμφοτέρωθεν χάριν, adjicienda videntur. Quòd Christi carnem attributa Divinitatis habere dicimus, in eo Scripturam ducem sequimur, quæ in Christo omnem plenitudinem Deitatis σωματικῶς habitare, Col. 1: 19. 2: 9. itemq; omnes thesauros sapientiæ & scientiæ absconditos esse, testatur. Col. 2: 3. Quò pertinent & illa Matth. 18. 28. Joh. 2. 3. 6. 1. Cor. 15. Phil. 2. Hebr. 1. & 2. Apoc. 1. 2. 5. &c. Quòd verò PRÆCIPUÈ Omnipræ-

Digitized by Google

sentiam Christi à nobis doceri scribit, in eo ludit suo more: quandoquidem nostræ Ecclesiæ nemini litem moturi erant SIMPLICITER, qui veram ac realem in cœna & Ecclesia, adeoq; apud omnes pios, ubivis terrarum, præsentiam verè ac sincerè credendo, in pia ista simplicitate acquiesceret, neq; Majestatem illam Omnipræsentiæ damnaret, aut hostili ac blasphemo ore insectaretur. Quia verò ut absurdam, ut monstrosam, ut impossibilem, ut blasphemam atq; impiam, Omnipræsentiæ Majestatē, qua in medio etiam inimicorum suorum, Psal. 110. & à mari ad mare Psal. 72. dominatur, allatrare non desinunt Calvinistæ, horumq; socii & parastatæ, Iesuitæ: quid ni è solidis Scripturarum divinarum fundamentis atq; testimoniis doctrinæ istius sinceritatem propugnare, & adversus Sycophantarum morsus patrocinium ejus suscipere alacri animo studeamus & sedulò annitamur?

10.

Addendum & hoc: Quando Carnem Christi, divina habere Attributa docemus, non hoc volumus, quasi Humanitas sive humana Natura Christi attributa ista habeat in sese, ex sese, naturaliter, essentialiter, formaliter, subjectivè, habitualiter, vel alio quocunq; terreno modo: Sed personaliter duntaxat h. e. secundum modum Hypostaticæ Unionis sive Actu personali, quatenus cum τῷ λόγῳ una facta est hypostasis, qui seipsum totum humanitati communicavit.

His

Digitized by Google

II.

His ita præmissis, probationem Roberti Syllogismo includimus hujusmodi:

Qui Carnem Christi attributa Divinitatis habere, & unionem hypostaticam in ista attributorum divinorum communicatione consistere docent; ij vel Eutychiani sunt, vel Nestoriani, vel monstrũ ex utraq; hæresi temperatum.

Prius docent Lutherani.

Posterius igitur concedant, necessum est.

12.

Quod si rationem Connexionis inquiras, Iesuita NULLAM producere novit: Ideoq; talem fingit (trepidè) verbis sequentibus: *Si quidem volunt ista conjungi* ESSENTIALITER *humanitati, jam illa fiet unum cum Divinitate, quæ est Hæresis Eutychiana. Si verò conjungi volunt* ACCIDENTALITER, *tùm distincta erunt personæ* DEI *& hominis, & una erit in alia per inhabitationem & per Accidens, quod est apertè Nestorianum.*

13.

Auditum spectatumq; admissi risum teneatis amici. *SI Robertus vera dicit, non mentitur. SI asinus volat, pennas utiq; habebit.* Pudeat verò te pyrgopolinicen & halophantam ineptissimum ita aniliter secundum logicam Iesuiticam delirare. Hoccine est boni Logici ac Disputatoris candidi officio fungi, si è proprio cerebro absurda quædam confingantur, neq; tamen vel causa aut ratio illorum commonstretur? Tertiũ tibi jam, videlicet, τὸ ὑπερλογὸν, monstratum

Digitized by Google

tum fuit, quod sanè, licet te minimè, ut opinor, fugiat, strenuè tamen pro insigni tua caluminandi libidine dissimulas. Sed, de his, infra, pluribus. Error est πρὸς τὸ ἐλλιπὲς διαιρέσεως.

14.

Est verò, quod hoc loco notari diligentissimè cupiam, nimirum, NULLAM prorsus in hæreticis hujus temporis enumerandis Sacramentariæ Calvinianæq; gentis, Nestorii sobolis, à Iesuita fieri mentionem: quo ipso facit testatissimum, se suosq; gregales, modernos Iesuitas, in intimis cordium suorum recessibus, ne latum quidem unguē discedere à Calviniſtarum blasphemo ac Nestoriano dogmate, quod in toto hoc de Incarnationis mysterio, Unione videlicet ipsa, ejusdemq; Effecto, alunt ac fovent: multò minus eos damnare aut posse aut velle, dum sine fronte, sineq; futuri tremendi judicij metu blasphemè scribunt ac docent: DEUM *omni sua potentia* (horresco referens) *efficere non posse, ut unum Corpus sit in duobus saltem locis, multò minùs, ut in infinitis aut omnibus.*

Petrus Martyr in Dialog.

15.

Omissis, ut dixi, Attributis cæteris omnibus, Omnipræsentiæ Majestatem docere nostros operosè probare nititur; quo quidem labore super sedere poterat, siquidem, quæ Lutherus cum nostris, vt & Jacob. Faber, Stapulēsis, è scripturis & orthodoxis Patribus piè & Orthodoxè scribūt ac dicūt, ultrò amplectimur. Quia verò huic capiti non pauca malitiosè ac

Digitized by Google

sè ac falsò ingerit, quæ censuram omninò requirere videntur: ideò singula paucis delibabimus.

16.

Primò itaq; verba ista Theonino dente arrodere conatur Iesuita, ubi sic scribit Lutherus: *Iuxta tertium modum* (non localem, qui primus, neq; Spiritualem, qui secundus modus) *cœlestem nimirum & divinum, per Vnionem hypostaticam, necesse habes Christi carnem, quæ est cum* DEO *una persona, longissimè extra creaturas collocare, adeoq; tàm longè, quàm* DEUS *ipse extra creaturas est &c.* Sic enim Robertus subjicit: *Quibus verbis videtur omninò velle Christi carnem non esse creaturam, sed* DEUM, *cùm velit eam longissimè distare à creaturis, & tamen esse ubiq;. Hinc enim colligitur eam non distare à creaturis distantia locali, cùm sit ubiq;, sed distantia dignitatis & excellentiæ, ac proinde esse revera* DEUM.

Error est 1. τὸ σχῆμα τῆς λέξεως. Siquidem Phrasi ista Lutherus non innuit aliud, quàm extra & præter communem naturæ ordinem ac modum localem sive circumscriptum, divino planè & incomprehensibili modo, qui tamen non tàm modus, quàm NON modus dici debet, ut rectè pieq; Stapulensis ait, Christum secundum humanitatem suam ubiq; præsentem esse.

2. τὸ ἐπόμενον. *Si intelligitur distantia dignitatis & excellentiæ. E. Natura humana est* DEUS. Caro enim Christi dignitatis & excellentiæ ratione à Spiritu S. dicitur Vivifica Joh. 6. & conscientias purgare ab operibus mortuis Hebr. 9. Nec tamen se-

Digitized by Google

quitur, quòd caro Christi sit DEUS, quia non καθ' αὐτὸ, in seſe, ac subjectivè ista habet.

Quod denuò Lutherum defendisse Nestorium atq; Eutychen affirmat: Id supra (in Præfatione) sufficienter confutatum fuit.

17.

Brentium porrò Nestorianismi incusat atque Eutychianismi. Illud ideò, quòd Filium DEI à Filio Mariæ distinguat: Hoc verò, quòd carni tribuat omnia divina attributa.

Roberti hîc vertiginem adverte, benevole lector, qui, quod ceu Nestorianum in Brentio malitiosè damnat, id ipsum Iesuita noster multoties ipsemet usurpat. Vid. Cap. 6. §. 2. Præterea. Ubi è loco Matth. 16. ita colligit: *Apertè B. Petrus ipsum Filium hominis, Filium* DEI *vivi esse confitetur.*
Ibid. §. 3. Item, Cap. 8. §. Quartò, pater æternus &c.

Præterea, án non hæc summam petulantiam Roberti produnt, quod Brentius (illis ipsis verbis à Roberto allegatis) disertissimè seſe ab hoc crimine liberat, dicens: *Cùm dicitur* DEUS *seu* FILIUS DEI *assumsisse aut univisse* HOMINEM *sibi, seu Filium hominis* PERSONALITER, *non id solum significatur, quòd* DEUS *substantia seu Essentia sua existat in homine, & cõferat aliquot dona sua in hominem (sic enim dici posset, quòd* DEUS *sibi univisset personaliter, non tantum semen Abrahæ, aut virginis Filium, verum etiam quemvis hominem, imò quamvis Creaturam) sed illud propriè significatur, quòd* DEUS *ita se uniat & conjungat cum homine, ut in ipsum omnem majestatem suam conferat, nec eum*

uno

Digitized by Google

uno tantum aut altero, aut etiam multis, sed infinitis adeòq; omnibus, omnibus, inquam, suis cœlestibus ac DIVINIS *donis ornet. Item: Cùm Omnipotentiam suam Filius* DEI *in Incarnatione contulerit in Filium hominis, adeò ut eam communem habeat cum Filio hominis, Omnipræsentia verò ab Omnipotentia pendeat, negari non potest, quin etiam contulerit Omnipræsentiam.* Et, declarans, quid sit, *Verbum caro factum est, Hoc*, inquit, *tale est, quòd Filius* DEI *sic impleat Filium Mariæ, ut communicet cum eo omnem suam potentiam, sapientiam & felicitatem & præsentiam. Nisi enim hæc sit sententia, non habebitur inter* CHRISTUM *& alios homines discrimen.*

Ecquid verò hîc ἐπερόδοξον aut ἄτοπον Roberte? Nestorianissimum ex his exculpere volebas, sed ecce Eutychianam hæresin in verbis istis præter spem atq; expectationem tuam inveniſti. Hæc enim tua ἔκθεσις: *In quibus certè vides Unionem hypostaticam nihil esse aliud, quàm* EFFUSIONEM *donorum & attributorum* DEI *in naturam Christi humanam.*

Quo sensu, Brentius interdum vocula *Effundendi*, cum aliis, & veteribus & Neotericis, scriptoribus, imò cum Scriptura ipsa (nimirum Metaphorico) usurpet, te non fugit Roberte. Et, si fortè ambigis, inspice, quæso, loca sequentia Zach. 12: 10. Joel. 2: 28. Act. 2: 17. Esa. 44: 3.

18.

De loco Act. 3. quem Illyricus explicuit, agemus infrà Cap. 12. ubi fusiùs eundem repetit.

19.

Martinum porrò *Chemnicium*, præclarum illud

Digitized by Google

Ecclesiæ lumen, cujus doctrinam, dexteritatem & exquisitam rerum Theologicarum scientiam, ipsimet admirantur Pontificii, perstringit, & Eutychianam ei luem affricare conatur è verbis sequentibus, quæ Cap. 4. ponit libri sui de duabus Naturis &c. & alibi sæpiùs repetit: *Unio (hypostatica) adeò arcta, individua, insolubilis & inseparabilis est, ut divina natura τῷ λόγῳ nec velit, nec possit, nec debeat extra hanc cum carne Vnionem, sed in arctissima illa unione cogitari, quæri aut apprehendi.* Hinc ita infert Robertus: *Si natura divina non potest cogitari, vel comprehendi sine carne, necessariò habet unum esse de essentia alterius, & proinde una Natura erunt.*

An non verò, pie lector, vel fustibus hæc emendanda erit malitia in colligendo? Etsi enim satis robustus est Robertus noster, non tamen adeò crassus est, ut phrasin istam piam & orthodoxam non intelligat vel assequatur, quid sit, Naturam divinam extra hanc cum CARNE unionem non posse cogitari, quæri aut apprehendi &c. Sed intra intimum semper sui complexum ineffabiliter eandem carnem sibi habere, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀναλλοιώτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως καὶ ἀδιαστάτως, ut Damascenus loquitur, præsentissimam: ita quidem, ut quæ nec mors, nec infernus, nec Diabolus ipse divellere aut separare potuit; multò minùs loca locorũq; spatia atq; διαστήματα, à se invicem distrahere possint aut segregare.

20.

Reliqua è Chemnicio allegata acceptamus omnia, veluti quòd dicit, *ex unione hypostatica communicari*

Digitized by Google

carni carni seu humanitati omnes divinas dotes: quòd praeter dona infusa & creata communicentur naturæ assumptæ, etiam attributa PROPRIA *Divinitatis, & proinde omnipotentia quoq; & Omnipræsentia:* quòd *Christi humanitas non solùm sit in Cœna, sed etiam extra Cœnam in Ecclesia præsens fidelibus reipsa* (Id verò Jesuita hoc loco damnans in Chemnicio, tanquam erroneum & Hæreticum, infrà Cap. 16. § Quartum argumentum. Edition. postr. DISERTISSIMIS verbis, ut Orthodoxum ponit & approbat): quòd *etiam extra Ecclesiam omnia subjecta sint Christi humanitati:* quòd *rebus omnibus dominetur, & omnia regat, non per vicarios, quasi à rebus distet, quomodo Reges gubernant provincias per alios, sed habeat omnia præsentia.* Qua de re videantur Capp. 4. 5. 21. 30. &c. NB.

21.

Quòd *Jacobum Andream*, aliam non agnoscere Unionem hypostaticam scribit, quàm per communicationem Idiomatum, id nos quoq; ut Orthodoxum & scripturis per omnia ὁμοίψηφον agnoscimus. Unionem verò Accidentalem ab eodem nuncupari, nuspiam ego in Disputationum ipsius volumine reperio. Idem repetit infrà Cap. 8.

22.

Probationem quidem texis allegatione Thesεos 22. quæ sic habet: *Neq; verò hac reali plenitudine omnis divinitatis Communicatione natura humana cum divina miscetur, aut planè aboletur; sed quod divinæ est per Essentiam, id humanæ* SUO MODO (sequentem voculam omisit Jesuita) QUASI *per accidens communicatur.* At vides, opinor, Roberte, non ἀπλῶς aut

Digitized by Google

κυρίως, sed ἀκύρως planè ista dici. Præterea, passim Vnionem vocat non Accidentalem, sed hypostaticam ac personalem. Quemadmodum ergò Vnio propriè vocatur Hypostatica sive personalis; Ita quoq; Communicatio Idiomatum realis per ac propter Vnionem, sive, per Modum Vnionis hypostaticæ facta esse, piè creditur.

23.

Deniq;, Concordia, quam tu contemptim Evangelicam vocari opinaris, humanitatem Christi docet ad infinitam DEI dextram, quò nulla loca locorumvè spacia pertingunt, evectam esse ita, ut non solùm Christus ut DEUS, sed etiam ut homo omnia possit, omnia sciat, omnibus creaturis sit præsentissimus. Neq; tamen Incarnationis destruit Mysterium, uti tu quidem somnias, sed sinceritatem hujus Articuli è scripturis & patribus Orthodoxis sartam tectam, adversus tuas tuiq; similium nugas atq; φλυαρίας, ad seram usq; posteritatem, si qua futura est, transmittere ac propagare studet. Et hunc quidem PRÆCIPUÈ scopum præfixum sibi habuit, non in hoc duntaxat, uti fingis, articulo, sed in aliis etiam controversiis longè gravissimis, quæ post obitum B. Lutheri in disceptationem venerunt. Variè tu quidem tuis cum fraterculis, Jesuitis aliis, ac symmystis Sacramentariis, Calvinistis, impugnare eam non dubitasti, oppugnare verò, nedum expugnare, nondum valuisti, sed impetus varios, cosq; ingentes, masculè sustinendo, inconcussa immotaq;, super fundamentum Prophetarum & Apostolorum superstructa, adversus-

Digitized by Google

versus portas inferorum, etiamnum per DEI gratiam subsistit, & quandiu vera duratura est Ecclesia, ad consummationem nimirum usq; sæculi, tandiu hic quoq; Sanctissimus Concordiæ liber subsistet ac permanebit.

24.

Colophonis loco, insignis Iesuitæ malitia notanda venit, (non enim ex ignorantia ista scripsit) dum ἀνάφασιν *manifestam nobis in hac de Majestate filij hominis doctrina impingere* molitur, quasi, Ecclesiæ nostræ doctrinam illam in hoc articulo modò propugnarint, modò impugnarint damnarintq; aliquot vicibus: Tandem verò denuò in Concordiæ Formula eandem receperint & approbarint.

25.

Pseudo-Lutherani fuerunt isti, Roberte, & Crypto--Calvinistæ, homines perjuri ac versipelles, qui DEUM ludibrio habentes, Magistratum quoq; suum fallere nequiter studuerunt: Id quod eventus tandem comprobavit & exitus istius fabulæ, quam acturi erant, satis evidenter ostendit.

Vbiquitarium hodiernorum de Ch. Melanthone eiusq; symmistis iudicium.

Horum verò flagitia atq; scelera, horum fraudes & machinationes, horum ἀπιστίαν ac fidei sinceræ abnegationem, quæso te, Roberte, num nobis imputanda statuis? quorum ὑβλήματα Ecclesiæ nostræ, sinceram invariatamq; Confessionem Augustanam amplexæ, intrepidè, tam viva voce quàm scriptis publicis confutarunt, expugnarunt ac protriverunt.

Exemplo hoc ipsum illustrari poterat, si chartæ pa-

Digitized by Google

tæ pateretur angustia, Ecclesiæ alicujus in Moravia, Transylvania, Polonia &ç. hæresi ac lue Ariana, Stenkfeldiana, Anabaptistica &ç. ab impostoribus infectæ; postmodùm autem ad gremium Ecclesiæ Romanæ denuò reductæ: Conscientiam hîc appello tuam, Roberte, Num boni me viri officio defungi putares, si tàm improbus essem ac malitiosus (quod absit) ut idipsum toti vestræ Synagogæ transscriberem? Idem omninò tibi quoq; hac vice responsum esto.

26.

Cap. 2. De Eutychiana Hæresi.

Eutychetis hæresin Capite secundo explicat Iesuita, qui ut personam in Christo unam, sic Naturam quoq; unam eandemq; esse contendebat. Cùm enim senex esset impudens, ut Leo Episcopus Romanus inquit, & in sacris literis indoctus asinus, Valentini atq; Apollinaris sectam instauraturus, asserere conatus est, Christum non esse perfectum hominem. Eum enim ex duabus quidem, ante conjunctionem (naturæ divinæ & humanæ) constitisse naturis: post eam verò conjunctionem, ex una tantum constare natura: ita ut nec matri Mariæ, nec nobis carnem consubstantialem habuerit: sed carnem factum verbum, per virginem Mariam: nulla verò inde humanæ, aut carnis aut naturæ parte assumpta. Carnem autem illam cœlitus descendisse: in qua Divinitas ipsa cruci sit affixa, ac sepulchro mandata resurrexerit. Suarum quoq; blasphemiarum socium habuit, Dioscorum, Episcopum Alexandrinum, hominem callidum ac versipellem, qui obscuriùs & per-

Digitized by Google

perplexè magis, quàm Eutyches locutus est, hoc pacto: *Ex duabus naturis suscipio, duas non suscipio.* Hoc verò volebat impostor, credere se, Christum initiò constitisse è duabus naturis, sed duas etiamnùm naturas se neutiquam agnoscere.

Quam doctrinam hæreseos Eutychianæ integrè h. l. recensere volui: ut pio constaret Lectori, quantâ, nobis nostrisq; Ecclesiis, impudentiâ, Iesuitæ & Calvinistæ Eutychianam scabiem affricare moliantur, à qua tamen, DEI beneficio, sumus alienissimi: Plura qui desiderat historica, videat Nicephorum Hist. Eccles. lib. 14. Cap. 47. & libr. 18. Cap. 52. Centur. Magdeburg. V. p. 609. & seqq. Epitomen Lucæ Osiandri, Centur. V. p. 321.

27.

Scomma est, quòd Caspatum Swencofeldium Lutheranis accenset, modò confutatum Thesi XXV.

28.

Paragraphum ultimum, ubi in Christo post Incarnationem duas integras & perfectas naturas esse dicit, divinam & humanam, quæ sine ulla confusione vel permixtione, in una persona subsistant, orthodoxum agnoscimus.

Quod verò subjicit: Naturam divinam neq; natam neq; passam esse, sed SOLUM humanam, id ἀπλῶς aliquod habere videtur, quo de infrà Cap. 3. uberiùs agetur.

29.

Capite tertio, Eutycheam hæresin refellere conatur. Etsi verò rectè è loco Joh. 3. Nemo ascen-

Digitized by Google

dit in cœlum &c. astruitur utriusq; naturæ veritas: perperam tamen Iesuita eundem exponit contra mentem Johannis, qui expressè asserit, Filium hominis, à quo certè humana natura abesse nequit, esse in cœlo, licet in terris visibiliter versaretur, qua de re Catholicam atq; Orthodoxam Augustini explicationem audi, Roberte, Tractatu in Joh. 27. *Christus unus est*, inquit, *Verbum, anima & caro. Christus Filius* DEI *& Filius hominis. Unus Christus Filius* DEI *semper: Filius hominis ex tempore. Tamen unus Christus secundum unitatem personæ in cœlo erat, quando in terra loquebatur. Sic erat Filius hominis in cœlo, quemadmodum Filius* DEI *erat in terra, Filius* DEI *in terra in susceptacarne: Filius hominis in cœlo in unitate personæ.* Hucusq; Augustin. In qua pia, plana, solida atq; Orthodoxa sententia lubens equidem meritoq; acquiesco.

30.

Eutychen confutaturus verbis iisdem & sequentibus è *Ioh. 20. Dominus meus & Deus meus*, in manifestissimum Nestorianismum incidit. Sic enim satis imprudenter & impudenter scripserat: *Certè, iste qui loquebatur, non erat* DEUS *sed homo, quia* DEUS *non potest audiri, videri, tangi &c.* Et §. Præterea. *Quod Thomas viderat & tetigerat,* NON ERAT DEUS *sed caro.* Num verò homo, Roberte, sive filius hominis non erat DEUS? Num falsum illud Apostolicum 1. Joh. 1: 1. *Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus & manus nostra contrectaverunt de verbo vitæ &c. testamur & annunciamus vobis?* En, Roberte, quò tendas,

Digitized by Google

dum veluti hospes ignarus è Lycæo in Spiritus S. officinam irrumpens, juxta tuum cerebrum humanum, dictorũ divinorum sensum depromere audes?

31.

Tàm enim arcta verbi assumptæq; Naturæ copulatio verbis illis innuitur, ut, propter Unionem istam Personalẽ, Apostolus dicat verissimè: Se VERBUM illud VITÆ *manibus contrectasse.* Siquidem, qui Christum attrectavit, rectissimè verissimeq; dicere potuit, se ipsummet Filium DEI, DEUM verum & æternum, propter arctissimam cum natura assumpta unionem contrectavisse. Unde postmodũ consequitur, Filium Dei assumptæ humanitati divinã Majestatem suam, non verbali tantùm prædicatione, sed realissimè communicasse, ut Christus, etiam, quà homo, vetè sit omniporens, omnificus, omnipræsens, adorandus &c.

32.

Hinc postmodùm colligitur firmiter, quia Apostoli (etiam post resurrectionem) manibus suis Filium DEI attrectarunt: Marcionem, Valentinum, Eutychen, Stenckfeldium & similes Hæreticos delirare impiissimè, dum veram Christum carnem habere negant.

33.

Ibidem ex Act. 2. *Dextra igitur* DEI *exaltata &c. exaltari non esse* DEI *sed creaturæ* (recte) *dicit: Effundere Spiritum S.* DEI *esse, non creaturæ* (falsò) scribit. Humanam enim Naturam assumptam in λόγῳ, quæ creatura est ac manet h. l. intelligit: Cui tamen ad dextram DEI exaltatæ eandemq; Textus Apostoli-

Digitized by Google

ci majestatem illam effundendi donum Spiritus S. disertissimis verbis attribuit.

34.

Coccysmum illum de passione Divinitatis, quem denuò repetit, suprà in Præfatione luculenter confutavimus.

35.

Cap. 4. Etsi ad argumenta non nulla (Cap. 4.) concisiùs & nervosiùs responderi potuisset: Nodum tamen in scirpo non quæremus.

36.

Cap. 5. 6. 7. De Nestoniani. hæres. Quæ seqq. tribus Capp. contra Nestorium (cujus doctrina hæretica rectius è scriptoribus Ecclesiasticis petitur. Hisbert. Trinert. lib. 12. Cap. 5. Centuria Magdeb. 5. Cap. 5. fol. 606. Osiand. Cent. 6. cap. 11. fol. 240. &c. differit, probamus: præterquàm quòd Lutherum denuò flagellat ob verba illa: Imperitos quosdam CHRISTUM facere hominem omnipotentem, id verò sufficienter discussum fuit suprà in Præfatione Thes. 11. & 12. Pungit in super Brentium &c. sub finem; quo devide suprà hoc libro Thesin 17.

37.

Propositionem illam Joh. 1. *Verbum caro factum est*, (Cap. 6.) similem esse vult ei, cum dicitur: *David factus est vas.* Quod, si rigidiùs examinandum esset, meritò repudiaretur. Verùm, cùm ad unitatem personæ commendandam idipsum adhibeat: nolumus hîc [illegible]

38.

Multum in hoc quæstione controversa, ut & hoc

& sc.

Digitized by Google

& sequenti capite, per *Formam* DEI *Philip. 2. Divinitatem*; *per Formam servi, humanitatem* perperam intelligit. Id quod semel h.l. monuisse sufficiat.

39.

Quod denique Capite hoc ipso §. 4. & Capite sequenti septimo §. penultimo, contra Nestorium disserens, ipsemet ῥοπὴν ἁμαρτίας: de eo sub calcem libri hujus monebitur.

40.

Definitionem Incarnationis Cap. 8. proponere instituit Robertus, & hîc quidem mox universum Cap. 8.
pandit mysterium, quid nimirum Jesuitæ moderni omnes atq; singuli, suis cum sociis ac commilitonibus, Calviniſtis, ſenciant, de hoc ſummo ſtupendoq; fidei Articulo, quem Apoſtolus ὁμολογουμένως μέγα 1. Tim. 3. 16.
μυστήριον ſonora voce pronuncait.

41.

Verùm, non omninò prætereundum, quòd ſub initium Capitis, Brentiũ & Smidelinum, quem vocat, denuò, more ſuo, rodit ac mordet, quaſi non tantum unionem Accidentalem conſtituant: Id quod jam tùm ſuprà Theſ. 21. libri hujus confutatum eſt: verum etiam exagitat eoſdem, quòd talem unionem ſtatuant, qualis eſt *inter Agentem principalem & Inſtrumentum*, quaſi per Energiam ſolùm differre velint ab aliis hominibus, quòd DEUS per Chriſtum omnia, per alios quædam operetur: Et hanc ſententiam apertè Neſtorianam, vel pejorem quàm Neſtorianam eſſe, vociferatur.

42.

Reſpondemus, phraſin iſtam neutiquam im-

probati vel scripturis vel sanctis & Orthodoxis Patribus: qua λόγος in, omnia per humanam Naturam divinas suas ἐνεργείας exercet, quo sanè sensu non incommodè humanitas vocatur Instrumentum Divinitatis. Sic: *Esai. 53. per vulnera ejus sanati dicimur. Per sanguinem ejus redempti sumus: In sanguine ejus justificati sumus ac retemciliati.* Sic Epiphanius contra Dimæritas: *Caro Christi est organum sanctificatum, perfectè omnia habens.* Eusebius, Demonstrationis lib. 4. Cap. 12. *Cum apud ipsi esset* ORGANO *humano, naturam nostram assumpsit, Deum* PER *hominem ostendens.* Idem Cap. 13. *Sanavit nos* PER ORGANON *humanum.* Ibidem: *Assumptam naturam & veram ἀνθρώπου τινὸς humanum Instrumentum sive organon.* Idem, sui oblitus, asserit *Robertus* infrà pag. 498.

L. 43.

Ejusmodi verò Instrumentum, quod ἄλογον planè sit atq; ἀνεργὸν sive ἀνενέργητον, quale cum Sacramentariis Jesuitæ fingunt, (Vid. infrà Cap. 16. §. Ad alteram) simpliciter ut Calviniano-Jesuiticum, hoc est, Nestorianum ac hæreticum, damnamus & execramur. Ita enim blasphemè scripitant Calvinistæ: *Ad efficienda miracula non plus Carnem sive Humanitatem Christi, quàm ad edita ab Apostolis, Carnem Apostolorum contulisse: aut Virgam Mosis ad edenda miracula Mosi profuisse.* Quin etiam, *ipsam vel ἐνέργειαν vel ἐνεργοῦν, hoc est, vel operationem vel efficacitatem (qua miracula illa à Christo sunt edita) fuisse vel totam, vel ex parte Carni & assumptæ Naturæ realiter communicatam,*

Pisc. Ref. pars. obs. Cherm. pag.

esse, vel in ipsa Carne fuisse, Danæus eodem contra Chemnitium libro pernegat: *sed totam in ipsum manasse divinam & subsistisse, & ab ea sola, licet unita, per* CARNIS CANALEM *emanasse* contendit. Et paulò post: *Non virtus*, inquit, ULLA *in carne, sive modo Physico, sive hyperphysico inerat, quæ ipsa illa opera ederet & efficeret. Nam facere miracula est* SOLIUS *Deitatis opus, & quidem Creatricis & omnipotentis.*

44.

Idem omninò sentire Jesuitas, è Roberto nostro monstramus, qui infra Cap. 10. in hæc verba scribit: ETIAMSI DEUS *omnia opera exteriora per Carnem operaretur, non propterea communicasset illi sua attributa. Præterea, etiamsi omnia omninò Deitas per humanitatem operata, & attributa omnia in illam contulisset, adhuc non posset dici, humanitas omnipotens, omnisapiens, omnijusta &c. Nec enim Epitheta causæ principalis conveniunt instrumento: aliquis cum quis doctè & sapienter scriberet.* CALAMUS *doctus & sapiens diceretur.* En tibi Lector, Instrumentum Calvinianum, ὄργανον, & canalem, de quo alter Nestorius, Danæus, modò disserebat.

45.

Sed ad descriptionem Unionis Jesuiticam, accedendum. Ea verò talis est: *Unire Hypostatice* DEUM *& hominem*, NIHIL *est aliud, quam Naturam humanam non habere propriam subsistentiam, sed assumptam esse à verbo æterno* AD *ipsum verbi subsistentium.*

Digitized by Google

46.

Diligenter hic advertendum est, Jesuitam NIHIL aliud esse velle Unionem hypostaticam, quàm quod assumta duntaxat sit humanitas AD verbi subsistentiam. Sic igitur nudam solummodo σχέσιν sive πρόσκτησιν Nestorianam & Calvinianam docens, non saltem Naturarum κοινωνίαν realem, sed & Communicationem Attributorum divinorum omnium omninò disertissimè pernegans, Nestorianam se Hæresin palàm propugnare evidentissimè demonstrat: qua de infrà sub calcem libri hujus ἔνδειξιν manifestam subiiciemus. Interea progredimur ad alia Jesuitæ σχεδόξα ἐπινοήματα.

47.

Tribus ergò duntaxat modis aliqua unio fieri potest, dicit §. 4. Primò, ESSENTIALITER, *cum ex duobus debuit ex pluribus una fit essentia. V. G. cum ex materia & forma, genere & differentia.*

II. ACCIDENTALITER, *cum subjecta adjungentur accidentia, vel cum substantia substantiæ copulatur, sed ex copula ista non nisi forma accidentalis exurgit: sicuti ex lapidibus & lignis fit domus.*

III. SUBSTANTIALITER, *quo modo Unionem factam esse* blaterat. Modum autem istum, quomodo describat, videamus. *Substantialiter*, inquit, *uniuntur, cum substantia, quæ alioqui per se existeret, habitat ad* ESSE *alterius suppositi, & ab illo pendet, tanquam* PARS *ipsius: & hoc modo, facta est Incarnatio.*

48. Ac-

Digitized by Google

48.

Atqui multipliciter hîc aberratur. Primus error est τῷ ἀσεμνῷ. Unio enim substantialis propriè ea dicitur, quæ est in S S. Trinitate: ubi, licet tres sint personæ, propter simplicissimam tamen Essentiæ unitatem unus est DEUS. Quo certè modo Christus non est incarnatus, cùm in ipso duæ sint diversæ distinctæq; Naturæ, & una Persona.

II. Humana natura non trahitur ad ESSE ALTERIUS suppositi, videlicet τῦ λόγυ, nisi fortè geminum hîc suppositum, & sic duas personas statuere velis.

III. Neq; etiam humana natura tanquam pars aliqua pendet ab altero supposito, nisi ἀκύρως ita loqui velis: licet interim rectè dicatur, post Incarnationem, personam τῦ λόγυ factam esse σύνθετον, hoc est, constare è divina simul & humana Natura.

IV. Quod si substantialiter facta esse credatur unio, quid causæ esset, quò minùs Substantialis quoq; vocari posset (uti tu quoq; magistraliter appellas infrà hoc capite) unio; abolita Hypostaticæ unionis appellatione?

V. Longè plures unionis modi reperiuntur, quos hoc loco recensere nimis longum foret: qua de re eruditè Chemnicius libr. de Duab. Nat. Cap. 7. p. 96. & seqq. Remotis verò modis reliquis omnibus, probatur modus ille, qui dicitur κατὰ περιχώρησιν, sive, ut tu suprà, in alia versans materia, *Circumincessionem* vocabas cum Scholasticis, quemadmodum anima tota toti corpori, ignis ferro, lux corpori solari, u- Libr. Cap. 5.

Digitized by Google

niuntur. Deinde verò etiam κατ' ὑπόστασιν. V. G. Quando in homine unto animæ & corporis consideratur, non sicut ad constitutionem utriusq; naturæ, sed ad unum constituendum ὑποκείμενον concurrunt.

49.

Vehementer porrò Jesuita exagitat similia illa Patribus Orthodoxis frequentata: nimirum animæ & corporis, quo Justinus libr. de recta fidei Confess. Athanas. in Symb. Augustinus Epistol. 3. ad Volusianum utuntur. Præsertim verò illud quod aptissimè huc quadrat, & Roberti ac Calvinianorum deliria egregiè disturbat, à ferro nimirū ignito sumptū, quo Origenes, Damascenus, Basilius & alii frequētissimè utuntur. His ergo spretis & rejectis, Thomæ & Bonaventuræ exemplū elegans (scilicet) approbat, dum Incarnationis mysterium cōparant *arbori*, cui inseritur ramus alterius speciei, veluti si piro malus inseratur. *Maxerte pirus* (inquit Robertus) *substantiā est prima, atq; adeò verum suppositum, nec pendet ab illo ramo mali insito, & post insitionem* SUSTENTAT *ramum illū, qui aliàs per se existeret: & vocatur jam pirus & malus, & facit pira & mala, & potest pirus vocari malus, & contra.*

Vid. Bellar. p. 471.

50.

Diligentissimè verò observet Lector, oro, quæ statim subijcit Robertus: *Ita* PRORSUS *Verbum divinum assumpsit* MAGNE *arboris susceptit ramusculum humanæ naturæ.* Hinc enim evidenter apparet, quid Jesuita sentias de summo stupendoq; hoc Mysterio, quod verè admirandum & ἄῤῥητον atq; ineffabile PRORSUS antiquitùs dictum creditumq; fuit: Nunc

vero

Digitized by Google

verò per Calvinisticam & Lojolanam Theologiam ἀφρονέστατον ac pulchrè effabile effectum, quod PRORSUS conveniat cum isto allato simili: dum humanitatem ramusculo, Divinitatem verò procerae arbori pueriliter & ineptè comparant.

Quò pertinet, quòd capite hoc ipso sub finem Editione tertia scripsit, *Humanitatem in verbo subsistere, VT brachium in corpore*, quòdq; *Unionem globo solis* cõparat infrà Cap. 17. §. 3. 51.

Unionem præterea in communicatione subsistentiæ verbi consistere, non in communicatione attributorum Deitatis probare nititur.

52.

Primum illud nemo nostrum negat, neq; negavit unquam. Ideo frustrà ejus probationem instituit. Atque sequi inde posterius: Id verò est, quod totis viribus inficiamur. 53.

Et ne frustrà forsan aut temerè nos id ipsum pernegare arbitreris, hanc sumito συλλογὴν:

Si divina τῷ λόγῳ hypostasi verè & realiter cõmunicata est humanitati: sequitur Attributa etiã ipsa realiter humanitati sive eadem Christi essentiã communicata.

Atqui verum prius, asserente Roberto.

E. Et posterius.

Connexio Majoris inde patet, quia κοινωσις τῷ λόγῳ, & *idiõmata* τῷ λόγῳ simpliciter unum sunt πως: communicata ergò hypostasi realiter, fieri nõ potest, quin Idiomata quoq; ipsa realiter communicentur. Hunc, Roberte, nodum dissolve, si potes, & Nestorianus audire recusas.

Digitized by Google

54.

Quod è Concilii Chalcedonensis allegatione extorquere conatur, niteris; id modò confitearum. Quænam, quæso, consecutionis ratio:

Proprietates naturarum non miscentur. E.
Non communicantur.
Vel:
Proprietates communicantur. E.
Miscentur?

55.

Robustissimum porrò errorem robustiori errore alio roborare Robertus nititur §. Tertiò probatur &c. Error primus est hujusmodi: *Humanæ Naturæ* NULLA *attributa divina communicantur.* Ratio (error secundus) *Omnia attributa essentialia communia sunt omnibus tribus Personis.*

Ac licet prima fronte excusari posse videatur Robertus, siquidem Essentialia attributa (quatenus talia sunt) communia sunt omnibus tribus personis: Attamen hoc intendit Jesuita: Nullum Idioma Divinitatis, ceu sunt: Omnipotentia, Omniscientia &c. posse limitatè considerari, sub hypothesi vel Patris, vel Filii, vel Spiritus sancti. Sic enim insurgit Jesuita:

Si humana Christi Natura dicuntur communicata attributa divina, sequitur totam Trinitatem esse incarnatam.
At prius asserunt Lutherani. E.
Posterius quoq; concedant, oportet.

56.

Stuporem hominis vel vesaniam potiùs mirari satis

faris non possum, qui in re longè maxima, & gravissimæ religionis Christianæ capite, ita puerilitèr desipit, totum hoc pacto Incarnationis mysterium evacuans.

Respondemus enim I. accuratissimè distinguendum esse inter ipsa Essentialia Idiomata divina, quatenus nimirum sunt talia, hoc est, quatenus ex æquo omnibus tribus personis competunt. Sic, Omnipotentia æqualiter prædicatur de Patre, Filio & Spiritu S. & tamen non sunt tres omnipotentiæ, aut tres omnipotentes, sed unus DEUS omnipotens: Idem de cæteris esto judicium.

Et inter Idiomata divina, quatenus hypostaticè sub hujus vel illius hypostasi limitantur, hoc est, quæ vel de Patre, vel Filio, vel Spiritu S. determinatè prædicantur. Sic: Pater est omnipotentia gignens: Filius, omnipotentia genita: Spiritus S. omnipotentia procedens. Pater omniscientia gignens, Filius omniscientia genita, & sic deniceps. Quam distinctionem negligens Jesuita, ita crassissimè, uti dictum, impingit.

II. Beatissima fabruitur ac disturbatur ne[illegible] ille dialysyne:

Si Filius est incarnatus, sequitur non esse Trinitatem esse incarnatam.

Ratio: quia Filius non aliam aut diversam, sed communem cum Patre & Spiritu S. habet Essentiam.

At posterius est absurdum. E.

Et prius.

Et per consequens, nulla Filij facta est Incarnatio. Vides, opinor, Roberte, quas tandem in Syrtes periculosissime incidas, Cynosuram illam Spiritus divini spernens ac repudians.

57.

Excutienda & hæc Jesuitæ Nestoriana locutio: *Corpus mortuum non est capax omnipotentiæ, omniscientiæ, omnijustitiæ.* Syllogismus, integer erit talis: *Si unio hypostatica salva esse potuit triduano mortis tempore, absq; reali Idiomatum divinorum communicatione: sequitur falsam esse Lutheranorum sententiam, qui Idiomatum divinorum communicationem Effectum unionis necessarium esse dictitant.*

Verum primum: Secundum igitur.

Assumptum probat Lojolanus h. p. Corpus mortuum non potest esse capax omnipotentiæ &c. Respond. Distinguendum inter Actum Naturalem & hypostaticum: Actu naturali, ut & secundo, hoc est, ἐνεργείᾳ, corpus mortis tempore, ob exinanitionis interventum, non erat omnipotens: Atqui verò Actu primo eòq; hypostatico semper fuit, est ac manet omnipotens, omniscium, omnijustum. &c.

Exemplum rei hujus cape Roberte, quò facilius negotium hoc atq; certamen, sanè arduum, assequaris:

Quod mortuum est, non potest esse vivificum.
Caro Christi fuit mortua. E.
Non vivifica.

Et sic falsum erit, quod abhinc, Christi carnem esse vivificam, quemadmodum è Cap. 6. Johan. 2 o o.

Patres

Digitized by Google

Patres Ephesini Concilii luculenter demonstrarunt. Huc Anathematismi Cyrilli referendi erant, (præsertim XI.) Verum de his omnibus consule Histor. Eccles. 58.

Denique acceptamus omnia, quæ (tibi ipse contradicens) paragrapho scribis antepenultimo: *Si unio Hypostatica* TANTUM *esset communicatio accidentariorum donorum, etiam nos essemus hypostatice uniti cum* DEO, *licet minus arcte: Nam quod ille plura dona habeat, nos pauciora, non mutat speciem.*

Hinc enim ita, contra universam Jesuitarum Calvinistarumque cohortem, concludimus:

Quicunque unionem hypostaticam communicationem TANTUM *accidentaria donorum (Spiritorum, hoc est, creatorum) definiunt: ii unionem τῦ λόγυ & naturæ humanæ assumptæ, cum unione omnium aliorum sanctorum confundunt, hoc est,* 1 *omnes nos cum* DEO *hypostatice unitos esse docent.*

Major ista est Bellarmini.

Atqui Jesuitæ cum Calvinistis & Sacramentariis unionem communicatione TANTUM *accidentaria donorum statuerunt & constituerunt.*

Minor ex tota libri hujus Tertii tractatione, præsertim vero è Cap. sequenti 9. est manifestissima.

Jesuitæ cum Calvinistis & Sacramentariis unionem τῦ λόγυ hypostaticam cum unione reliquorum Sanctorum in communione ipsâ ac bleshbemè confundunt, atq; adeò totam subvertunt, destruunt fundamentum & radicitus evertunt.

59. Quæ-

59.

Cap. 9. Quæstionem proponit capite Nono, an ex Unione hypostatica realis attributorum divinorum Communicatio sequatur. Nos Affirmativam hîc tenemus sententiam. Quam quidem communicationem, ut Effectum necessarium à causa sua, unione videlicet, ex Relatorum Categoria, dependere, & licet tempore cum Unione simul sit, ordine tamen naturæ, eâdem posteriorem esse, *naturâ* illam asserimus. Qualis enim unio, talis quoq; Communicatio. Atqui vnio realis est. Realis igitur etiam communicatio. Ejusmodi nostra est, de communicatione Idiomatum plana, diserta atq; perspicua sententia. Iam, quæ Iesuitæ sit opinio, diligenter attendendum fuerit.

60.

1 *Catholica doctrina* (hoc est, Iesuitica & Calviniana) *duo* (inquit Robertus) *docet.* PRIMÒ, *ex unione hypostatica consecuta esse in Christi humanitatem* MULTA *dona* CREATA *&* INFUSA; *ut gratiam excellentissimam, sapientiam singularem, & alia id genus, quæ tamen* NON *sunt attributa Deitatis, nisi per participationem quandam.* QUOMODO *etiam* NOS *participamus* DEI *attributa, per* CREATAS *qualitates, licet minùs perfectè, quàm Christi humanitas ea participet.*

Quid, quæso, benevole lector, diceret *αὐτολεξεὶ* Nestorius, si ab inferis nunc exsisteret? Conterantur Anathematismi Cyrilli XII. cum hoc blasphemo dogmate: & improbitas Iesuitica cuivis facilimè patescet. Non enim plùs tribuit CHRISTO, homini, hoc est, secundum Humanitatem sive assumptam

prius carnem, quàm increatam & infinitam deum: siquidem destrui aliàs Humanitatem cum Calvinistis hæreticissimè sentit.

61.

Contra impium illud Monachismum nostrum, imò blasphemiam horribilem, ita argumentamur:

Quicunque carni Christi divinitus unitæ CREATA vel finita tribuendo auferendo: Increatum DEO-MATUM divinissimæ communicationem simplicissimè pernegat.

Creatum enim & increatum: Finitum & infinitum sibi hac in parte, manifestè opponuntur.

Prius facilitat Assumptum. E.

Sequitur etiam posterius, hoc est, communicationem realem Idiomatum divinorum, quæ cum increata & infinita, humanitati communicata sint, simplicissimè pernegat. 62.

Hoc ipsum olfaciens Jesuita (non enim procul fus obesæ naris est) sequentia addit: *Neq; in hac confessit communicatio Idiomatum. Nam illa communicatio est mutua, hæc unius tantum vocabulorum attributio. Idiomata enim communia sunt.* [illegible]

63.

At extricare sese volens magis semetipsum implicat Lojolanus. Confundit enim vel ex ineptia vel malitia, Genera communicationis Idiomatum primum videlicet, quod alterutrum & reciprocum cum Tertio, in quo divina sua attributa [illegible] sua communicat carni assumptæ, quæ perfici potest & exaltari: siquidem humanitas non dat sed accipit

Digitized by Google

Erasmenris est dare; assumpsi verò accipere, uti vulgatum in scholis Theologicis theorema monet.

64.

Pergit Jesuita §. Penultimo. *Ex unione hypostatica sequitur communicatio inter Idiomata utriusque quidem communicatio* X OPUS *est realis respectu ipsarum Naturarum, quasi ipsa divinitas facta sit passibilis, & humanitas realiter facta sit omnipotens, ut volunt Lutherani, nec aliud verba, ut Deus est Homo volunt. Sed realis quidem, sed respectu Hypostasis utriusq; naturæ, non autem respectu ipsarum Naturarum.*

65.

Variè hîc sese torquet Robertus & Protheï instar in varias se figuras transformat. Primò enim rursùs confundit (nescitè) Genus communicationis propriæ tam secundæ, uti modò indicatum.

II. Coccysmum repetit de passione Divinitatis, supràsolidè confutatum in Præfatione.

III. Crudum valdè esse sentiens, si communicatio Idiomatum verbalis saltem esse dicatur, Realem eam vocat quidem, sed *facto facta, non respectu* Naturarum, sed respectu hypostasis, realem dici garrit.

Quid autem sibi velit locutio illa Jesuitica, respectu hypostasis esse suppositi realem esse communicationem, discendum ab ejus inquirendum in Vocabulario Calviniano, unde hanc prodit bella explicationis ipsarum, hoc pacto resolvendas esse locutiones istas, ut, quòd de tota persona prædicatur, id solo unius naturæ beatus Naturæ, cujus id ipsum est proprium.

Digitized by Google

perum. Hoc sensu, Robertus noster, cum Calvinistis omnes ejusmodi propositiones reales esse facilè largitur: DEUS est passus, DEUS est mortuus, Homo est omnipotens, homo est omniscius, homo est omnipræsens, homo Christus est adorandus; si resolvas in hunc modum: Humanitas est passa, humanitas est mortua, quæ Deitati unita est. Homo Christus est omnipotens, id est, DEUS λόγος, qui humanitati est unitus, est omnipotens, omniscius, omnipræsens, adorandus. Hoc nimirum est illud scelo-ratissimum, quo DEUM atq; homines fallere impudentissimè Ecceboli conantur.

66.

Et hæc quidem infallibiliter è doctrina ista sequi Jesuitica, indè apparet, quòd respectu Naturarū verbalem duntaxat pronunciat communicationem. Quidverò sunt aliud verba sine rebus, quàm sonora MENDACIA? Ubi hostes Majestatis Christi facere cogantur interdum, realiter dicam esse Christo, infinitam majestatem, idipsum verò continuò, Arianorum more, ad divinitatem sive Naturam divinam referant.

67.

Caput decimum nihil peculiare tractat à præcedentibus, sed eandem cantilenam, ociosè juxtà & odiosè repetit ac inculcat, ut ēs hic Liber aliquem sibi spissitudinem acquirat. Quod verò è Concilio Chalcedonensi repetit: *Salva utriusq; naturæ proprietate, & in unam concurrente personam &c.* id nos inficiamur minimè, sed vigorosissimè rectissimè contra da-

Digitized by Google

septione majoribus, ROBERTO *minimum co-*
stro, & Stagirite, Aristotele.

Ergò & illud. Ee per consequens, nulla penitus
facta est realis Naturarum divinæ (infinitæ) & humanæ
(finitæ) Unio.

Huc nimirum Satanas ab initio spectabat, Ro-
berte, ut iturus fermè hunc in modum intra sub calcem
libri hujus loqueris, ut per Sacramentarios primùm,
Zwinglianos & Calvinistas, tandem per te quoq;
nosq; manipulares, ἀρχὴν hoc τῆς εἰσεβείας τῆς ἐ-
νσάρκου Incarnationis Mysterium, quod est ἀπὸ
τῶν, ἀπὸ λόγου, ἀπὸ τῆς πάσης ἁγίας φύσεως καθόλου, ut
Justinus in Expos. Fid. loquitur, penitùs evacuaret,
destrueret & everteres.

70.

Robustum admodùm figmentum fingit Ro-
bertus ita scribens: *Christi Humanitatem volunt* (Lu-
therani) *esse verè omnipotentem & ubiq.* EO MODO
QUO EST DEUS. Itáne perfricuisti frontem Ro-
berte, ut contra conscientiæ propriæ testimonium
nostris hunc tàm fœdum crassumq; errorem affinge-
re non verearis? Humanam enim naturam, tertio
communicationis Idiomatum Genere, omnipoten-
tem, omniscium, omnipræsentem, vivificam, ado-
randam &c. esse dicimus, NON EO modo, QUO
DEUS est, hoc est, Essentiali sive naturali; verum,
κατὰ τὴν ὑποστατικὴν ἑνότητα τρόπον, quo de sæpè ha-
ctenus sufficienter dictum fuit.

71.

Aliud absurdum è sententia nostra Orthodo-

Digitized by Google

re excolpere molitur: *Si humana Natura statuatur omnipotens, omniscia &c. tum omnino sequitur: duo esse in mundo omnipotentia, duo immensa, duo infinita, numerum Deitatem & Humanitatem Christi:* Respondeo: Acumen hoc verè Nestorianum est, à communicata humanitati reali omnipotentia &c. duo omnipotentia, sive geminam omnipotentiam, colligens. Num enim in Christo duæ sunt Personæ? Num duæ hypostases, & suppositæ? Num omnipotentia quædam à λόγῳ omnipotentia diversa, sejuncta aut separata communicatur; & non illa ipsa potius, quæ est ac in æternum manet ipsamet τῷ λόγῳ propria? Num omnipotentia, omniscientia &c. communicantur alteri? Num ἄλλο καὶ ἄλλο in Persona Christi, & non potius ἄλλο καὶ ἄλλο? Funiculos ex arena à te contexi, nemo, opinor, tàm bardus est, tàm hebes atq; stupidus, quin videat.

72.

Ejusdem monetæ sunt & reliqua, quæ hoc Capite continentur, præsertim ubi aptissimam illam, & tamen verè ab Orthodoxa Antiquitate collaudatam probationis similitudinem exagitat: nullam ob causam aliam, quàm quòd Chemnicius, Theologus eminentissimus, eandem cum Patribus usurpans, omnia ferè Jesuitica Calvinianaq; ὑλλήματα καὶ φλυαρολογήματα solidè discutit ac refellit: Id quod ægerrimè ferre Robertum, evidenter inde colligimus.

73.

Imperitiæ incusat Chemnicium, quòd Ignem ferro vim suam urendi & lucendi per Unionem quæ ferrum

ferrum penetratur ab omni parte ab igne, communicare statuas, & addat: Ferrum adhuc retinere suas proprietates, id est, naturalem duritiem, nigrorem, frigus, licet non appareant. Conera haec ita superciliosè Robertus: *At profectò, qui haec dicit,* CARET SENSU. *Quis unquam vidit in ferro candente nigredinem? quis sensit frigus? quis duritiem dixerit esse in eo, quae fluidum instar aquae?* Haec Bellarminus.

74.

Respondeo: Tune, Hypocrita, cum Rustico, aut fatuo potiùs, tibi rem esse opinaris? Tune ita egregiè actum primum cum actu secundo, δύναμιν εἰς ἐνέργειαν &c. confundere didicisti? Tune paradoxum appellitare audes, quòd ignis per ipsum ferrum totum penetret? quod ferrum luceat & urat non per calorem acceptum ab igne simpliciter, sed per ipsum ignem ipsum, qui est in igne? Tune sine divina virtute atq; conservatione generali, propria planè vi ac virtute res creatas, ἐνεργείας edere suas arbitraris? Tune inficiaberis, quemadmodum corpora gloriosa, (ob subtilitatem suam) divina virtute, non verò per miraculum, ubique, (quod rectè Editione postrema expunxisti) penetrant aliam substantiam: Ita ignem quoq; ob substantiae suae simplicitatem ac subtilitatem, alia penetrare posse corpora? Num solem etiam in meridie lucere negabis, siquidem negas, rectè dici: ferrum urit, ferrum lucet, postquam proprietates caloris & lucis ferro sunt communicatae, licet, ut ut loqueris, non ut qualitates subjectivè ac formaliter inhaerentes.

& licet

Ac licet non ea ceraatur Communicatio Idiomatum in ferro candenti, quæ in Incarnatione ceritur, siquidem non dicimus: Ferrum est ignis, Ignis est ferrum, quemadmodum dicimus: Deus est homo, homo est Deus: Notum enim illud Justini: οὐδὲν τοῦτο ἀποδέομεν, ἢ κατὰ πάντα, κατὰ δὲ γῆν: Tamen, illud inde colligitur rectissimè, Unionem personalem longè arctiorem esse ac sublimiorem, quàm Unio est illa Naturalis ignis & ferri. Quin & conditionem Incarnationis unam potissimùm, uti ipse fatetis (§. ultimo) tertium videlicet genus Communicationis Idiomatum aptissimè declarat, quo pacto *per Incarnationem non ladatur Divinitas, & multùm perficiatur humanitas.*

Hæc uberiùs paulò pertractanda fuerunt, siquidem mirificè sibi Iesuita Suffenus in recensendis istis (absurdis, ut opinatur) tanquam acumen quoddam redolentibus, placebat & blandiebatur.

75.

Hæc in genere afferre voluit Robertus de Unione; & Communicatione Idiomatum, quam nullam eum concedere, & sic Unionem quoq; ipsam, evertere hactenus demonstravi: Deinceps, Omnipræsentiæ Majestatem, quam Ubiquitatem cum Calviniſtis vocat, ad finem usq; libri, destruere machinatur; quo successu, vel conatu potiùs irrito, itidem monstrandum. Cap. 2.

76.

Priùs verò monendum paucissimis, quid jure in hujusmodi tractatione Iesuitica desiderari queat.

Digitized by Google

1. Reprehensionem meritò incurrit, quòd nullam communicationis NATURARUM mentionem facit.

2. Quòd doctrinam de Communicatione Idiomatum sive proprietatum reticet.

3. Quòd tria genera, sive tres Communicationis Idiomatum Gradus, identidem imperitè confundit. Imò, quòd hæc omnia negat, impugnat, & ut hæretica execratur ac damnat; Communicationem nobis merè VERBALEM, impiè, more Nestoriano, substituens.

4. Quòd præcedenti Capite Communicationem realem impugnaturus, ne UNICUM quidem Scripturæ testimonium producit.

5. Quòd, consuetâ sibi Sophisticâ, operosè probare intendit id, de quo nemo nostrum dubitavit unquam, neq; à nostris in dubium usquam vocatum: sed nervosè ac graviter, copiosè ac solidè à nostris semper tractatum & inculcatum: Salvas nimirum manere utriusq; Naturæ proprietates, neq; in æternum confundi, si maximè realiter Carni assumptæ in 3. Communicationis genere Idiomata divina per Unionis modum tribuantur.

6. Quòd pleraq; argumenta è Sacramentariorum, libris hausit, & telis ex armamentario Calvinianò sumptis adversum nos pugnat. Id quod tamen studiosè celat & occultat.

7. Quòd deniq; non rarò sibi ipsi contrarius est, verè (non φαινομένως) αὐτοφώνως docens & inculcans.

Digitized by Google

77.

Primò ergò in aciem producit illa Scripturæ dicta, quæ Christum hominem ratione humanitatis alicubi non fuisse, & quidem non ubiq; fuisse testantur. Joh. 11. *Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, ut credatis, quia non eram ibi.* Joh. 6. *Cùm vidisset turba, quod* JESUS *non esset ibi.* Matth. ult. *Non est hic, sed surrexit.*

78.

Respond. Communi. Οὐδὲν ὁμολογεῖται ὃ τὸ μὴ ἁπλῶς ὡς ἁπλῶς. De præsentia enim locali, eaq; Naturali ibidem agitur: qua negata, non continuò negatur præsentia personalis, quam ex Unionis hypostaticæ Mysterio habet Natura Christi humana: secundùm quam sedet ad infinitam DEI dexteram, implens omnia. Ephes. 1. & 4. Matth. 18. 28. Psal. 72. 110. Apoc. 1. & 2.

79.

Crassissimè ergò erret Jesuita, dum absolutè ista dicit autumat. Unde in hæc verba prorumpit, ἀκατάσχετον allaturus: *In Cœna etiam Corpus Christi non est localiter, tamen quia verè ibi est, nemo Lutheranorum auderet* ABSOLUTÈ *dicere: Corpus Christi non est hic, id est, in Cœna. Item,* DEUS *non est in mundo Localiter: & tamen non toleraretur, qui diceret,* DEUS *non est in cœlo nec in terra. Eodem igitur modo, si Christi humanitas verè est ubiq; quocunq; modo ibi sit, falsum erit absolutè quod scripturæ dicunt: Non est hic, non eram ibi &c. Scriptura autem falsa esse non potest. Igitur falsa est sententia adversariorum.*

80.

Digitized by Google

80.

Atqui erras, Roberte, τὸ ἐν χειρὶ λαμβάνων. Probandum tibi prius erat, ABSOLUTÈ, verba supra allegata, esse accipienda: quæ quidem Sophistica (ut modò indicatum) admodùm tibi frequens est & familiaris.

Ad lancem Syllogisticam si appendamus istum argumentationis emerget talis:

Ubicunq; Scriptura præsentiam negat, ibi ABSOLUTÈ *factum ac simpliciter* DEUM *præsentiam negat.*

Atqui locis allegatis Scriptura præsentiam negat.

Absolutè negat, & per Consequens, NULLO *prorsus modo humanitas Christi præsens fuit.*

81.

Retenta Majore propositione (quæ tua est) eandem Ego subsumo:

Atqui Scriptura negat DEUM *fuisse in vento, in terræmotu, in igne.*

Sic enim I. Reg. 19: 11: 12. Ecce transiturus est Dominus, & ventus vehementissimus & fortis dissipans montes & conterens petras ante Dominum, NON in Spiritu (seu vento) Dominus, & post Spiritum commotio: NON in Commotione Dominus: & post Commotionem, ignis; NON in igne Dominus.

Ergò absolutè negatur DEI *præsentia, & sic* DEUS NULLA *planè ratione fuit in vento, commotione seu terræmotu & igne.*

Cùm

Digitized by Google

Cùm verò falsam hic agnoscens tenearis Consectationem, illic quoq; eandem corruere fatearis oportet.

§ 2.

Secundò, Omnipræsentiæ Majestatem repugnare dicit illis Scripturis, quæ dicunt DEUM esse ubiq;, ut hoc modo discernant illum ab omnibus creaturis. Jer. 23. cœlum & terram ego impleo &c.

Argumentum Roberti huc redit:

Quicquid labefactat, vel destruit potiùs & evertit, argumentum Patrum in probanda Spiritus S. una Deitate, id ut impiè & rejiciendum.

Atqui doctrina Omnipræsentiæ humanæ naturæ labefactat & destruit argumentum illud Patrum.

∴ *Rejiciendum.*

Respond. ad Majorem: Quicquid verè, per se ac πρώτως labefactat vel destruit ejusmodi legitimum Patrum argumentum; Id meritò rejiciendum.

Minor autem falsa est: siquidem accuratè distinguendum inter id quod est ἐντικῶς καθ' ἑαυτὸ καὶ ὑποκειμένως. Omnipræsens est Spiritus S. καθ' ὅσον, & quia essentiæ ejus immensa est ac infinita. Humana verò Naturæ Christi omnipræsens statuitur, NON per Essentiam, quæ in sese naturæ suæ terminis ac limitibus circumscripta semper est manetq;, sed per Unionis gratiam, quatenus extra & supra omnem loci rationem atq; conditionem τῷ λόγῳ ILLOCALITER subsistit, & in infinita DEI dextera solioq;

Digitized by Google

Majestatis infinitæ consedit, adeoq; jam in cœlo & terra, in medio etiam inimicorum suorum Psal. 110. præsentissima, cuncta gubernat, regit & administrat.

85.

Quod nostra ex subiquitate verum præsentiam Corporis Christi in Cœna stabilire velle scribit, id suo more scribit, hoc est, fingit. Ita verò res sese habet. Cùm nostri initiò veram & realem Corporis Christi præsentiam ex verbis Testamenti Filii DEI invictissimè assererent: Gens Sacramentaria aliunde exercitum sibi colligendum censuit, nimirum Omnipotentiam DEI, gigantea planè audacia atq; temeritate, in dubium vocando impugnando, & Majestatem humanitati communicatam pernegando, adeò ut DEUM. Ut fieri posse contenderent, ut unum Corpus sit in pluribus locis. Huc ergò quasi per vim adacti sunt & pertracti nostri, ut phalangem istam impiam, in qua verè ingens furum manipulus, masculè adorirentur, arreptoq; Spiritus divini gladio eandem fortiter profligarent, funderent & prosternerent. Intelligis, opinor, Roberte, illic VOLUNTATEM doceri, hic POTESTATEM præstandi rem promissam, contra veritatis divinæ hostes, demonstrari. Ἔλεγχος est τῶ συμβεβηκότος, καὶ τῶ μὴ εἶναι ὡς εἶναι.

84.

Sensibus hæc imis, res non est parva, repone, optime Lector, quæ nunc è Bellarmino subjicio. Sic scribit ille (hoc ipso capite): *Dices,*

Digitized by Google

Nonne Corpus Christi, ut est in cœlo finaliter Sacramentaliter, posset etiam esse in toto mundo? Nonne posset Deus totum mundum convertere in panem, & panem illum in Corpus suum? & tamen non propterea Corpus Christi posset esse DEUS?

Adhæc ὁ ἀναίδεια dissertissimis verbis respondet Jesuita: POSSE ID FIERI. Idem propemodùm clariùs repetit infrà Cap. 19. §. 8.

Qua in parte, secessione à Calviniana gente facta, rectè (de Omnipotentia DEI) loquitur ac scribit, modò ita sincerè sentiret ac crederet, ut verbis istis profitetur. Sed contrarium sibi Robertum esse, ex hoc integro Tractatu multoties apparet. Imò ex hoc ipso statim Paragrapho, ubi expressè scribit: NULLI *creaturæ communicandum, ut sit ubiq.* Confer etiam, si lubet, hæc, cum §. penultimo hujus Capitis, cum iis, quæ Cap. 8. libri 1. posuit p. 319: Item infrà, Cap. 16. p. 498. Et Capite libri hujus ult.

§. 9.

Insignem verò continuò admiscet calumniam Jesuita, dum humanæ Christi naturam nos ubiq; statuere fingit, QUOMODO EST DEUS. At vanis tuis te larvis luctari memineris, quotiescunque hanc cerebri tui Chimæram impugnas: quod præcipuè facis infrà etiam Cap. 18. §. 5. Crassè enim admodùm impingis, ὡς λογισμὸν ὡς πρὸ τὸ μὴ εἶναι ἐις εἶναι committendo, siquidem infinitas essentiæ & naturæ humanæ non est causa Omnipræsentiæ, uti sæpè hactenus dictum, sed personalis cum infinito τῷ λόγῳ, qui totus est incarnatus, Unio. Quo etiam respectu non

amplius continetur loco, sed ipse potius est continens locorum ad unum omnium, docente Apostolo 2. Cor. 15. Psal. 8. Hebr. 1: 7. 2: 8.

86.

Deniq; falsum est, quòd sub finem Capitis dicit: *Non posse Christi Corpus esse in eodem loco visibiliter & invisibiliter simul, quia tunc bis esset in eodem loco, & proinde geminaretur ipsum corpus.* Neq; *involvit Contradictionem*, ut somniat, *rem eandē in eodem loco videri & non videri*: quemadmodùm idipsum pluribus Exemplis atq; testimoniis è Scripturâ sumptis comprobari poterat. Tu, unum duntaxat, ἐν παρόδῳ, cape & expende, nimirum de equis & curribus igneis. 2. Reg. 6: 16: 17. & ἀλλήλους concidere ruam quos deprehendas.

87.

Capite Duodecimo *pugnare* dicit *Vbiquitatem cum Articulis Symboli de Christi Conceptione, Nativitate, Morte, Sepultura &c. Et quidem quod Conceptionem attinet, secundum Vbiquitatem, inquit, fuisse eorum illam in utero* O M N I S *mulierum, imò & virorum.*

88.

Mentiris, Roberte, impudentissimè. Age tu, novelle Pontifex, si probus es, nominato Autorem, producito testem, librum, paginam! Quod si verò ista è Calvinistarum forte commentis & fabellis fusturatus es, quid hoc ad nos? quandoquidem Sacramentarios, Calvinistas, eodem vobiscum vertiginoso mendacio; raptari spiritu, lippis, quod dicitur, & tonsoribus est notissimum.

89.

Digitized by Google

89.

Ascensionem Christi ad cœlos simpliciter juxta literam nos accipimus, quemadmodum ascensionis historiam ab Evangelistis (Mar. 16. & Luca Act. 1.) descriptam legimus. Non enim simulatè sed verè, non metaphoricè aut allegoricè; sed secundum literam, Christus corpus suum è terra sublatum, videntibus discipulis, cœlesti regno intulit, juxta VISIBILEM conversationem, qua usus antea fuerat, mundum relinquens.

90.

Teterrimus hîc & detestandus planè Iesuita, horror notandus est, qui *Christum in cœlum corporeum ascendisse, quod sit sedes* DEI, *& in certo Loco esse adeoq; in cœlo Empyreo versari* (§. penultimo) expressè scribit.

91.

Atqui INVICTA sunt, & inconcussa adversus portas inferorum perstant illa, quæ Jesuitis & Sacramentariis non possunt non esse mera fulmina atq; tonitrua. Hebr. 4: 14. *Christus penetravit cœlos.* Cap. 7: 26. *Excelsior cœlis factus est.* Ephes. 4: 10. *Ascendit (ὑπεράνω) LONGÈ super omnes cœlos:* & invicta folioq; INFINITA potentiæ Majestatisq; divinæ, consedit; in illocali illa dextra DEI omnia in cœlo & terra præsentissimè gubernans, regens & administrans. 1. Cor. 15. Psal. 8. Hebr. 1. & 2.

92.

Ecce verò vertiginem Roberti, scribentis §. penultimo: *Hæc omnia superare modum intelligentiæ hujus vitæ.* Num verò hanc captum rationis omnem

Digitized by Google

superant, *Christum esse in cœlo corporeo, esse in certo loco, instar aliorum hominum; Christum in aliqua cœli parte esse, sicut rex suscipere regnum dicitur vel palatium regale, vel thronum regium, quando incipit esse in regno, vel palatio, vel throno, etiamsi non sit præsens reipsa toti regno, vel throno, vel palatio:* & hujusmodi nugæ alias?

Quod si verò revera ita sentis, prout scribis, qua fronte modum istum exprimere audes ac definire, videlicet, *Christum manere supra & extra omnes cœlos, ita ut* PEDIBUS *tangat convexum summum cœli?* Quâ conscientia rursus (tui oblitus, quod hujusmodi Ecceboloruin proprium) fingis, §. antepenul. *Dominum, ut cœlestem pontificem, penetrasse* USQVE *ad intimum recessum summi cœli, sed* NON ULTRA *progressum esse,* NEC EXTRA CŒLUM *manisset?* Quo deniq; vultu, in conspectu DEI, Angelorum, totiusq; Ecclesiæ Christianæ, *Christum in cœlum Empyreum locare audes,* de quo tamen ne gry quidem è scripturis divinis vel tibi, vel ulli Calvinistarum, Bullingero præcipuè, cujus nugamenta sequeris, constat? imò contrarium prorsus edocemur Esaiæ Paulique testimoniis: *Oculus non vidit, auris non audivit, nec in cor hominis descendit.* Esa. 64: 4. 1. Cor. 2: 9. Nimirum, haud injuria tibi tuisq; gregalibus, Eliam Prophetam 1. Reg. 18: 27. imitati, cum Brentio sic insultamus: *Si esset Christus in cœlo corporeo, deberet esse in polo antarctico. Nam debet esse in loco quieto, alioqui satis male se haberet in illa agitatione perpetua. Soli autem poli sunt immobiles, ergò debet esse in altero polorum, & impunitè consistere: Polus autem antarcticus sit superior*

Digitized by Google

...alter secundum Aristotelem, & antiquum interior: Igitur de sacrificio pelo Christum locandum est. Quod si verò in ...ente ejus corpore, quo se manifestat tandem, quando cœlum deserturus? Vides, Roberte, hæc quis è paradoxis paradoxa sequi, quæ si monstrasimus ubi, non nisi hùc tenebrarum filii jure vocabimur, qua criminatione Baalitticos sacrificulos Eliam, Prophetam Domini, beasse olim, nullus ego dubito.

93.

Quid? quòd in Philosophiam ipsam quoque graviter impingis. Sic enim Philosophus: Ἀλλ' οὐδὲ πᾶν σῶμα, οὐδὲ κινεῖ, οὐδὲ χρόνος ἐστὶν ἔξω τῆς ψυχῆς. Διὸ περ ἐν τῷ σώματι πέφυκεν, ὅπερ χρόνος· οὗτος γὰρ ἀριθμὸς κινήσεως, οὐδ' ἐστὶν ἀδιὸς ἀδιμία μεταβολὴ τῶν ἐν τῷ ἐσχάτῳ παραλλήλων φερών. ἀλλ' ἀναλλοίωτος πᾶς αἰσθητὸς &c. Lib. 4. cap. 6.

94.

Locum Act. 3: 21. ὃν δεῖ μὲν οὐρανὸν μὲν δέξασθαι, *ambiguum esse* falsò dicis, quemadmodum Disputatione Quæstionum sive Problematum Miscellaneorum Decunda, è Græca Syrâq; Lingua, aliisq; invictis rationibus ad oculum demonstravi: quæ omnia hoc loco repetere nimis longum foret.

95.

Cum Sacramentaria Eucharistiæ pugnare Ubiquitatem porrò fabulatur h. p. Cap. 12.

Si cum Christi est ubique.
Ubique etiam ubique.

Digitized by Google

Error est [illegible] Non enim præsentiâ causa est, ut edatur corpus, ut bibatur sanguis: sed Vnio sacramentalis, quæ in Eucharistiæ Sacramento divinitùs sancita est & instituta. Quo pacto rectè respondit olim Lutherus Tom. 5. Germ. Jen. fol. 180. illo, quòd verba Christi adhuc immota subsistant: *Audi tu porce, tu canis, tu fabulle, aut quisquis fueris, insulse asine. Etiamsi corpus Christi sit in omnibus locis, non tamen tu statim ipsum vel devorabis, vel hallucberis, vel attinges. Nec ego tecum de his rebus colloquar, sed ablego te in haram tuam porcorum, aut in tuum sterquilinium.* Idq; apertissimè illustrat *exemplo radiorum solarium, qui nos quidem undiq; cingunt & attingunt: Attamen si quis in cistam velit illos includere, & secum ferre, non poterit.* Sic enim argutabantur olim Sacramentarii, & hodiè quoq; Jesuitæ:

Quicquid revera præsens est, id revera etiam statim capitur.

At corpus Christi revera præsens est in omnibus locis ubicunque sunt consecrata. Ergo

Vbiq; capitur, editur corpus, bibitur sanguis.

Subsumit Lutherus per Instantiam:

Nulla filius est simul & semper præsens.

Hoc verò cùm non sequatur, nec illud sequi necessum est. Proinde Calvinissimum nobis Bellarminus, ut homo stolidus, delirus & insanus, malitiosè illuit.

Digitized by Google

96.

Patrum testimonia aliqua perverse adducens & allegans, nos non ferit: ut alibi copiosè monstratum à nostris, quin & Patres semetipsos explicant, uti ex illo Augustini, allegato à Roberto, patet Epistola 57. ad Dardanum: *Non est consequens, ut quod in* DEO *est, ita sit ubique* UT DEUS. Παραλογισμὸς ergo est, τὸ μὴ ἀπλῶς ὡς ἁπλῶς.

97.

Demirari porrò satis non possum, Eleutherium istum tam oscitanter ac impudenter in Scriptura, haud secus ac scarabæum in suo forte sterquilinio, volutari, dum argumentum evertere nostrum conatur, à dextrâ DEI sumptum, Achillemum planè, & ipso invictum κατ' ἄλλον: Id quod suo Monotheomoplo manifestissimè comprobavit.

98.

Argumentum Lutheri est hujusmodi:

Quicquid sedet ad infinitam DEI *dextram* (quæ localis est, cum ἄπειρος, particeps extra præsentiam non habens) *illud est omnipræsens.*

Atqui Christus secundum humanam Naturam sedet ad dextram DEI. E.

Est omnipræsens.

Hic lubricitate sua anguillam longè superat Rober-

tus, modò vera falsis & falsa veris, modò frigidis calida, & calidis frigida miscens: ut potus medicus, qui suitæ sapiat gulæ, extrahatur.

99.

Primò, Lutherum, *Dextram* DEI CRASSE *modò accipere* fingit, nec tamen crassum illum modum exprimere potis est. Calumniosè verò interpretari conatur verba Lutheri, libr. quòd verba Coenæ adhuc firma subsistant, dicentis: *Carnem Christi esse in tota dextra* DEI (quippe in partes indivisa) & NON *in minimo digito, aut ungue illius dextræ*, uti nimirum Swermeri (& sic etiam Robertus) delirant. Constat ergò Lutherum non modò intelligere dextram DEI, non CRASSUM esse Robertum, qui crasse Lutheri verba accipit: siquidem nihil intelligo aliud, quàm quod Robertus ipsemet jam tertio loco explicabit.

100.

Crassum vel ex [illegible] malitia) ac robustum errorem [illegible] Robertus, *dextram* DEI, *sermonem* DEI, *indwapuiv* [illegible], cùm tamen, toto, quod ajunt, cœlo, in Scripturis differant. Animæ justorum in manu DEI esse perhibentur, electi ad dextram Christi collocandi pronunciantur: SOLI Christo, teste Epist. ad Hebr. sessio ad Dextram DEI patris attribuitur: Id quod nulli Angelorum, nedum homini ULLI alij, præter Chri-

Digitized by Google

Christum, competit. *Cui enim Angelorum dixit unquam: Sede à dextris meis? Hebr. 1: 13.* Quemadmodum Servator ipse inter suum & Patris thronum distinguens, se in Patris sui throno, hoc est, dextrâ ejus consedisse testatur; Electos verò in SUUM thronum, qui regni cœlestis est atq; beatitudinis sempiternæ, collocaturum pollicetur. Apoc. 3: 21.

101.

Et hoc ipsum est, quod secundæ significationis loco recenset Bellarminus, videlicet, per *dextram* DEI (potissimùm ab Augustino) intelligi *(inquiens) divinam felicitatem & beatitudinem sempiternam.* Quod quidem, ut loquitur Chemnitius, rectè etiam accommodatur ad exaltatam humanam Naturam in dextra DEI, sed NON explicat TOTUM Mysterium. Cap. 28. fol. 468

[redacted]

102.

[redacted] Non autem majestatem aut potentiam divinam notari per sessionem ad dextram pulchrè confirmari opinatur Robertus, pulchellis augis, ex Antonio, nescio quo, Nebrissensi, docente: *Sedere à dextris olim fuisse honorificè apud antiquos, quòd sedere à sinistris.* Itemq; elegantè fabellatur *de figulis plumbeis Pontificum, & picturis antiquis multis, ubi Petrus à sinistris ponitur, cùm tamen constet, Petro semper dextrum locum semper locum fuisse.* Verùm, hasce nugas nugacissimas, & barbaram fortè barbariem, soli Roberto relinquimus, quippe quæ ipsius Liripipium mirificè ornare possunt ac commendare.

Digitized by Google

103.

Proindeò addendum fuit, quia, licet improbatâ [illegible] significationem, communis principalem atq; ἄκυρον: Tamen §. ultimo, eandem tertiæ [illegible] significationi, (sibi ipsi turpiter contradicens) præferre non dubitat.

104.

Veram jam tertio loco adducet significationem Dexteræ DEI, cujus verba recitabo formalia integrè, ut de vertigine hominis, quilibet, cui vel mica sani supereſt cerebri, rectiùs judicare queat. Ea sunt hujusmodi: *Tertiò dico*, PROBABILIUS *esse per dextram* DEI *ad quam Christus sedet, intelligi debere gloriam, potentiam & majestatem* DIVINAM, [illegible] *Christus sedet à dextrâ patris, id est,* PARI *potentia & honore regnat, judicat & vivificat omnia cum ipso patre: ita, ut dextera simpliciter sumatur pro latere, id est, pro loco quem non sinistra sed superiore, &c.*

105.

En tibi eruditionem fidei & doctrinæ Pontificiæ, dum [illegible] iste & hyperaspistes magni Antichristiani primarius PROBABILITER [illegible] Lectorem eruditum non verecundè.

Nos, abjecta probabilitate, præter consensum Patrum (quos ipsemet rectè magno allegas numero) *Athanasij, Basilij, Cyrilli Hierosolymtani, Cyrilli Alexandrini, Damasceni, Leonis, Chrysostomi, Theodoreti,*

Digitized by Google

reti, Theophylacti, Oecumenij, Ambrosij &c. CERTITUDINEM hujus significatus tibi demonstramus e divinis Scripturis, ne quid porrò erres, videlicet testimoniis sequentibus. Exod. 15: 6. Psal. 77: 11. 118: 16. 139: 9: 10. Esa. 48: 13. Luc. 22: 68. 1. Cor. 15: 25. Hebr. 1: 3: 4. 8: 1.

106.

Hanc verò majestatem datam esse Christo, secundum Carnem, vel invitus Jesuita fateri cogitur hisce verbis §. Et secundum. *Ista sessio ad dextram Patris, qua significat potentiam & Majestatem, data est* HUMANITATI *Christi, ut patet Act. 2. Dextra igitur* DEI *exaltatus. & Ephes. 1. sedere eum fecit ad dextram suam.* NON *enim convenit* DEITATI *exaltari & constitui ad dexteram.* Hæc Bellarm. Columna 495. 496.

107.

Hinc ita ex ipsis Roberti verbis argumentor:

Si sessio ad dextram Patris (loquor cum Roberto) *data est humanitati Christi, sequitur datam esse* EIDEM *Humanitati potentiam & majestatem, qua* PARI *potentia & honore regnat, judicat & gubernat* OMNIA *cum ipso Patre.*

Atqui verum primum.

E. Et secundum.

108.

[redacted] omnibus labefactaturus, [redacted] Φυγαδον και βιβλιολυκεον [redacted] ceit. Calvinianum de [redacted] posito:

Digitized by Google

posuo: quæ de supra satis [illegible]. Videatur Thesis libri hujus 65.

109.

Cap. 16. Responsionem ad argumentum Quartum propositum, Capite sexto decimo, correxit Robertus Editione postrema, dum particulam negativam (NON) expunxit. Id quod probè notari petimus. Sic enim omnia, [illegible] ficitia & commentitia, quæ è nostra doctrina orthodoxa eruere conatur, hoc uno ariete concutiuntur, evertuntur, disturbantur.

110.

Cap. 17. 18. 19. Quæ reliquis ad finem usq; Capp. proponuntur, omnia hactenus sunt abundè confutata, sequentia duntaxat Cap. penultimo posita, asscribenda esse duxi, ubi dicit Robertus: *Nos, qui tantùm homines sumus, possumus quidem à* DEO, *si ipse voluerit, poni in pluribus locis, sed non possumus nos ipsos ponere in pluribus locis.* Hæc ceu Eutychiana (etiam Bellarmino approbante Capite statim sequenti sive ultimo hujus libri) ab omnibus improbari Sacramentariis, Zwinglianis & Calvinistis, tàm certum est, quàm quod certissimum.

Recapitulatio Roberti.

Τυπῶ ἐπιτροπεύω.

Colophonis loco, in gratiam Roberti & Jesuitarum modernorum Syllogismum (ex hypothesi adversarii) Apodicticum, non è nostro cerebro, sed commentis Robertinis placet subjicere, ut vanitatis & hæreseos intolerandæ [illegible] Is verò talis est:

Quicunq; statuit duas esse in Christo personas (Bellarminus

Digitized by Google

tantum in uno lib. 3. folio sive columnâ Editionis tertiæ 462. & 470.) Unionem per nudam συγχυσιν AD λόγε hypostasin (p. 471.) *ac sustentationem NVDAM definiendo* (p. 502.) *quemadmodum homo dicitur habitare in domo, nec tamen domus dicitur esse homo, aut habere attributa hominis* (p. 500.) *Eandemq; PRORSVS instar magnæ arboris ramusculum suscipientis* (pag. 472.) *instar brachij in corpore existentis* (p. 477. *& globi instar solaris esse dicit* (p. 501.) *sine VLLA reali communicatione attributorum divinorum* (pag. 478.) *participatione duntaxat aliqua attributorum per creatas qualitates, quæ in sanctis etiam cæteris inveniuntur* (p. 464. & 478.) *quâ nos etiam essemus hypostaticè uniti cum DEO, licet minùs arctè, fatente Roberto* (p. 477.) *manente sic Communicatione Idiomatum merè VERBALI* (p. 478. & 499.) *quemadmodum purpura, qua rex quispiam indutus non dicitur sedere aut regnare, sed dicitur saltem VESTIS regnantis aut sedentis* (p. 496.) *ita ut jus habeat in rem absentem, id quod apud homines ORDINARIE cernimus; quemadmodum rex in universum suum regnum jus habet, & tamen non occupat præsentia sua, nisi exiguum angulum domus vel cubiculi unius* (p. 498.): *Is priscam illam & apertam HÆRESIN Nestorianam aperte docet ac profitetur.*

Atqui Antecedens est Roberti, cujus verba formalia & loca sive Columnas Editionis tertiæ allegavimus.

Consequens ergo negare, aut à se propulsare, nulla ratione potest.

E CONTRARIO pro Orthodoxæ nostræ sententiæ confirmatione hanc immotam subjicio ἀπόδειξιν.

N 2 Quic-

Digitized by Google

Quicquid Scriptura diserte verbis affirmat, id evidenter sine ulla haesitatione nobis quoq; credendum est & affirmandum.

Atqui Scriptura, diserte, planis & perspicuis verbis affirmat, Christum esse in Cœna, in Ecclesia, in medio inimicorum suorum.

E. sine ulla haesitatione id ipsum credendum nobis & affirmandum.

Major est ἀναπόδειπτος καὶ ἀνυπεύθυνος. Minorem roborant & confirmant sequentia Scripturarum divinarum testimonia: Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11. Matth. 18. & 28. Psal. 72. 110. Act. 9. 22. 23. 1. Cor. 9. Ephes. 1. & 4. Apoc. 1. & 2. &c.

CONTRA
LIB. IV.

THEMA PRIMVM.

SUPERIORI LIBRO PRINCIPALIS discussa fuit Articuli hujus Controversia, quam licet concisiùs Jesuita, foliis nimirum XV. duntaxat, proposuerit: fusiùs tamen aliquantò ac copiosiùs eandem pertractandam esse putavi, ne ἀπερισκέπτως καὶ πάρεργα magis, quàm ἐμπεριστάτως καὶ ἐπιτηδεία, (Sophistarum more) consectatus esse fortè aliquibus videri queam. Quæ sequentibus duobus libris continentur, pauciſſimis expediri poterunt.

2. Du-

Digitized by Google

2.

Duas enim libro Quarto proponit de Anima Cap. 2.
Christi Quæstiones: quarum *prima* de perfectione ipsius; *Altera*, de descensu ad inferos agit.

3.

Quæstionem primam quod attinet, Jesuitæ dona hyperphysica sive perfectionem habitualem intelligit h. e. habitus illos, quibus in sese, subjective habitualiter ac formaliter, ut loquuntur, Anima Christi, naturâ & Gratiâ, ex unione cum λόγῳ hypostatica, prædita est & perfecta.

4.

Ex habitibus illis *scientia* potissimùm in dubium vocatur, de qua quæri solet: *Num Christi anima habitualem suam scientiam à Conceptionis momento ita habuerit totam, ut nihil unquam novi nesciverit, nihil unquam verè didicerit.*

5.

Bellarminus cum cæteris Pontificiis, Scholasticos secutus affirmativam tenet: Nos in negantem concedimus sententiam, sequentes Scripturarum manifesta testimonia, dicimus Luc. 2: 40. *Puer crescebat & confortabatur Spiritu, plenus sapientiâ, & gratia DEI erat in illo.* Ibid. vers. 52. JESUS *proficiebat sapientia καὶ ἡλικίᾳ (h. e. ætate & statura) & gratia apud DEVM & homines.* Quod ipsum expresse Esaias Cap. 7: 15: 16. *Butyrum & mel comedet (Messias Immanuel) ut sciat reprobare malum & eligere bonum. Quia antequam sciat puer reprobare malum & eligere bonum, derelinquetur terra &c.* Hebr. 2: 17. & 4: 15. *Debuit*

Digitized by Google

per omnia fratribus assimilari absq; peccato. Unde piè nervoseq; Lutherus explicans verba Lucæ 2. puer crescebat &c. *Spiritus seu Natura divina verbi, quæ tota plenitudine ab initio Conceptionis personaliter erat in assumpta humanitate, non semper quosvis virtutum motus seu actus, tempore exinanitionis in ipsa effecit, sed nunc hos, nunc illos, & progressu ætatis subindè efficaciùs, majores q; illustriores motus seu actus in ea effecit, ut anno duodecimo majores quàm in infantia, & anno trigesimo illustriores quàm anno duodecimo: & ita exinanitionis tempore habitu inventus est, ut alius homo, atq; ita in rei veritate, non coram hominibus duntaxat, sed & coram DEO profecit sapientia & gratia.* In qua doctrinæ simplicitate nos sincera fide acquiescimus.

6.

Cap. 2. 4. ... *Christi animam à Deipsa sua Creatione, sapientiâ & gratiâ plenissimam fuisse,* probare Jesuita conatur Scripturarum testimoniis, Patrum doctrina, & argumentis à ipsa ratione petitis.

7.

Artificium hoc Jesuiticum est, h. e. Sophisticum: probare videlicet id, quod apud nos est extra controversiam, imò quòd nostri longè accuratiùs jamdudum explicarunt; dum Christo juxta humanitatem non dona saltem illa habitualia sive hypèrphysica, sed & infinita ac increata planè, in primo statim Conceptionis momento, communicata esse docent: At verò propter Exinanitionis, qui intervenit, statum, actu certè secundo sive ipsa ἐνεργείας non semper & necessariò illa exeruit, sed ἐκένωσεν ἑαυτὸν, &

Digitized by Google

& fratribus suis per omnia (excepto peccato) assimilatus est, ut modò è Scripturis comprobatum fuit. Cum larvis ergò suis dimicare conatur & confligere Robertus, aciem aq; pugnam Capp. 2. 3. & 4. (adversum nos) instruens & adornans.

8.

Duo hîc observanda veniunt, priusquam ad quæstionem alteram progrediamur.

1. Αὐτοφωνία sive Contradictio Iesuitica. Non enim suprà duntaxat, sed & hoc loco Cap. 4. contendit, *Humanitati data esse dona fidei, quorum ea capax esset.* Verba ejus sunt hæc: *Non est ullo modo credibile, ut VERBVM personaliter FACTVS sit* (ita enim Roberto pro Cardinalitia sua autoritate libuit) *homo, & non simul effuderit in ipsa Incarnatione in illam humanitatem omnia dona, QVORVM CAPAX erat.*

Contrà: Capite secundo §. 9. *Humanitatem gratiam accepisse SINE MENSVRA:* Et, Capite quinto §. 5. *Sapientiam istam INCREATAM quàm creatam in ipsa Christo,* (juxta humanitatem nimirum, quæ donatur) *fuisse,* sui oblitus, *scribit, quantulâcunque,* quomodo conciliare velit, ipse viderit. Capp.

2. Emblemata illa pulchella, quæ hinc inde aspergit, meritò soli Jesuitæ, tanquam eo & fodalibus digna, relinquuntur: *nimium Verbosis*, quæ dicit Cap. 5. §. antepenultimo: *Pumilionis*, infrà Cap. ult. §. 6. *Incomposibilitatis*, suprà lib. 1. Cap. 26. §. antepen. &c. Non enim nugas illas & barbarismos Sophistarum, D 5 singulari beneficio jamdudum ex

agris

agris & finibus nostris proscriptos & protritos, posthuminis quasi in Ecclesias atq; Scholas revocandos esse, judicamus.

9.

Cap. 6. Quæstionem alteram, *de Descensu Christi ad inferos*, prolixè tractat, contra Sacramentarios præcipuè, quorum & nos improbamus opiniones erroneas. Ideoq; paucissimis, quæ commonitione aliqua indigere videbuntur, persequemur.

10.

Cap. 7. Expositiones Adversariorum, ut loquitur, quatuor ordine recenset ac confutat: quarum prima ponitur Cap. 7. quòd descendere ad inferos non sit omninò exingui. Id quod & nos improbamus.

11.

Errotis autem filius præcipuum autorem & patronum *Brentium* constituit, è Catechesi ipsius verbis nonnulla (parùm ingenuè ac candidè) allegando p. *Brentius docet, descendere ad inferos ESSE penitùs interire.* Ut autem pius lector facilius innocentiam D. Brentii videat, verba ipsius formalia adjicere haud pigebit. Ita verò scribit: *Hoc est descendere ad inferos, videlicet VIDERI prorsùs & omninò interire.* Ibid. *Non sentiendum est, quòd Christus passus sit post mortem sensu aliquem in inferno dolorem. Dicit enim ad latronem: Hodie mecum eris in paradiso, sed quòd visus fuerit in OCVLIS hominum omni salute destitutus, atq; à DEO ipso maledictus & abjectus. Quid ergò dicemus? Num qualis visus fuit in oculis hominum, talis etiam fuit in oculis DEI? Nihil certè minùs. Descendit quidem ce-*

rtum

Digitized by Google

rum hominibus ad inferos, sed coram DEO incepit tunc non ipse tantum in cælum ascendere, verumetiam omnes credentes in ipsum, secum in cælum perducere. Hæc enim sibi vult, quod Oseas 13. dicit: Ero mors tua, ô mors &c. sive, ut Paulus legit, ubi tuus, mors, aculeus? Ubi tua infernum victoria? Vid. ibid. in hunc sensum plura.

Ubi ergò frons tua, Roberte, qui fortè nunquam Brentium inspexisti? Et tamen tàm audacter scriptitas infrà: *NON affirmare audeo, de quo non sum OMNINO certus.* lib. 5. Cap. 2. p. 561.

12.

Similiter Calvini sententiam rejicimus, Christum damnatorum pœnas pertulisse statuentis. Acceptamus quoq; utraq;, quod dici solet, manu, quæ §. 13. & 14. affert Bellarminus è Patrum sententia his verbis: *Omnes Patres, qui descensum Christi ad inferos describunt, describunt ut descensum VICTORIS & triumphatoris, non ut rei, nec ullo modo indicant, Christum aliquid passum in inferno.* Videantur ibid. testim. Cyrilli, Ambrosij &c. Cap. 2.

13.

Quæ à Capite 3. usq; 15. usq; disputat, ea erronea Buceri ac Bezæ sententiam refellunt, qua Christum descendisse ad inferos nihil aliud esse contendunt, quàm sepultum esse. Qua in parte à Bellarmino non dissentimus. Verumenimverò, cùm nonnulla in tractatione ista occurrant, quæ ἐφεδρίαν minimè sapiunt, neq; Scripturis divinis sunt ἀνάλογα. Ideò breviter ac strictim ea in gratiam Lectoris indicare lubet. Cap. 9. usq. 11. 13. 14.

Digitized by Google

14.

Inferos propriè à sepulchris distingui largitur Bellarmino: loca autem esse subterranea, & quidē, ut volunt aliqui, in centro terræ, suis cum certis cellulis, cameris & conclavibus distincta (ne fortè alter alteri ibidem involet in capillos) id verò *Nec pilum* negamus: Curiositati humanæ mentis opponentes illud Augustini libr. 20. de Civ. D. Cap. 16. ita scribentis: *Ignis infernalis cujusmodi, & in qua mundi vel rerum parte futurus sit, hominem scire arbitror neminem, nisi forte cui Spiritus divinus ostendit.*

15.

Vocabula infernum denotantia, Hebræis sunt hæc potissimùm: שְׁאוֹל אֲבַדּוֹן גֵּיהִנֹּם & שְׁאוֹל, quæ vox postrema omnium usitatissima triplicem significationem obtinet: Impropriam sive Metaphoricam, & Propriam.

16.

Improprie vel pro sepulchro sumitur, videlicet, Gen. 37: 35. 42: 38. Job. 17: 13. Vel, pro maximis animi doloribus, qui ex sensu iræ divinæ, mortis ac damnationis sempiternæ oriuntur. Psal. 18: 5: 6. 86: 13. 116: 3.

17.

Propriè verò sedes illa sive domicilium, ubicunque fanè locorum illud sit, intelligitur, in quo Diaboli & omnes damnati iram divinam sentiunt & cruciatibus infinitis torquentur. Num. 16: 31: 33. Ose. 13: 14. Matth. 11: 23. 25: 41.

18.

Digitized by Google

18.

Ad domicilium illud damnatorum verè ac realiter descendisse Christum comprobant hæc testimonia. Psal. 16: 10. Act. 2: 27. 13: 37. Ephes. 4: 9. 10. 1. Pet. 3: 19 & 20.

19.

Quid verò in Inferno egerit h. l. disquiri solet. Victoriam ibidem suam demonstrasse Christum, sequentium Scripturæ sacræ locorum autoritate moti, dicimus. Osc. 13: 14. 1. Cor. 15: 54. Hebr. 2: 14. Col. 2: 15. 1. Pet. 3: 19: 20.

20.

Concluditur inde, descensum hunc maximè gloriosum, NON ad passionem, sed ad victoriam atq; triumphum referendum esse: Id quod Formula etiam Concordiæ docet. pag. 760.

21.

Postremo, juxta quam Naturam descenderit, discrepant. Respondemus cum D. Luthero & Formula Concordiæ, quod tota persona, DEUS & homo, ad inferos descenderit. Idem Symbolum dicit Apostolicum, cum Christum, qua compositum, ait descendisse ad inferos. Quo illud etiam pertinet Apostoli Ephes. 4: 10. ὁ καταβὰς αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβάς. Repudiamus ergò opiniones eorum, qui vel secundum divinitatem, vel secundum animam solam modò descendisse Christum arbitrantur. Pellit. Domat. Jenens. Pol. 1a. Tom. 1. Genev. f. 36.

22.

Cæterùm, animas piorum ante Ascensionem Christi in cœlo non fuisse (Cap. 21.) probare conatur

Digitized by Google

tur h.p. *quia ea sententia inaudita est in Ecclesia DEI.* Respondemus, si Ecclesiam intelligas malignantium & Pontificiam Antichristianam, facilè largimur, sententiam istam fortè esse inauditam: *At in vera DEI & JESU Christi Ecclesia auditam notamq; esse & fuisse,* conferto ac denso agmine propugnamus, nimirum Hebr. 11: 13: 16. *ubi de Patriarchis, Abrahamo, Isaaco, Jacobo & aliis fidelibus asseritur, eos vitam inhabitasse in regione, ab illo nostro tempore, quo vitam cum morte commutarunt. Sic, fide translatus est Enoch, ne videret mortem: translatus est, autem* attestante Ecclesiastico Cap. 44: 16. *in paradisum;* & quidem uti idem testatur Cap. 49: 16. ἀνελήφθη ἀπὸ τῆς γῆς, *susceptus sive sublatus est de terra.* Sic, *Elias in turbine curru igneo sublatus est 2. Reg. 2. non verò deorsum in limbum & locum Patrum præcipitatus est.* Sic, Moses & Elias non è subterranea specu, aut limbo Papali fictitio extracti, sed *è gloria majestatis, cælesti vocatu cum Christo immortale colloquentur, & ab Apostolis, non in ἅιδου sedes sed ἐν δόξῃ h. e. gloria sive majestate,* ut habet Vulgata translatio, conspiciuntur. Matth. 17: 3. Mar. 9: 4. Luc. 9: 30. & 31. Sic. Sap. 3: 1. *Animæ justorum in manu DEI sunt, & non tanget illos tormentum: sed sunt in pace.* Ibid. vers. 3. Quò pertinet & illud Apoc. 14: 13. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur à NODO: Etiam dicit Spiritus, ut requiescant à laboribus suis.* Unde animos piorum post quam è corporibus fuere solutos, in cœlestibus μεγαλειότητος καὶ δόξης ἐν χωρίοις versari, luce meridiana clarius apparet.

23.

Nugatiosum est atq; impium, dum animam Sa-

muc-

Digitized by Google

mulis apparuisse Saul ad incantationes Pythonissæ, somniat. 1. Reg. 28. cùm diversum è textu liquidissimè demonstrari possit.

24.

Capite 15. Christum propriè ac reipsa ad inferos descendisse, adversus Durandum suum docet. Cap. 15.

Ultimum Caput, dubia quædam, quæ verè sint & dicuntur dubia, proponit h. e. ἀπόρημα καὶ φλυαρολογήματα Papalia, adeoq; ociosorum hominum figmenta, quibus se nugis, suosq; ad nauseam usq; pascere consueverunt. Quæ omnia suis autoribus meritò relinquimus. Cap. ult.

CONTRA
LIB. V.

Thes. 1.

LIber Quintus & ultimus, V. constans foliis, duas quæstiones habet: quarum *prima* est, Secundùm quam Naturam Christus sit Mediator. *Altera*, Num tantum nobis, aut etiam sibi Mediator Christus aliquid suis operibus & laboribus promeruerit.

2.

Primam quod attinet, compendio negotium omne trajigemus, Roberto opponentes sequentem Thesin.

Quicunq; Stancaricum dogma amplectitur & defendit, is hæresin defendit & propugnat, adeoq; manifestus est Hæreticus.

Digitized by Google

Atque Bellarminus Stancarianum dogma amplectitur & defendit. E.
Hæresin propugnat ac defendit, adeoq; manifestus est Hæreticus.

3.

Cap. 1. &c. 2. & 5. Major est ejus ipsius quoq; Roberti calculo atq; testimonio Cap. 1. & 2. comprobata. Inspiciat, quæso, Lector (non enim ob chartæ angustiam omnia hîc licet ascribere) Cap. 2. præcipuè §. 5. Dominic. & §. sequentem 6. Hæc sententia. Item §. 7. præterea. Ubi sententiam Stancari *apertissimè ad Nestorianismum deflectere, & quod Mediatoris tribus in Scripturis IPSI DEO ac DOMINO* (verè & Orthodoxè) scribit.

4.

Cap. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Minoris veritas è sequentium sex Capitum tractatione sole meridiano clarius demonstratur: siquidem, sui oblitus, Lombardiq; ac Scholasticorum amore atq; auctoritate excæcatus, cum verè minus egregius, ex professo impugnat orthodoxam ac primam sententiam, qua Christus secundum utranque Naturam, divinam & humanam, Mediator esse docetur.

Præcipuè notetur diligenter Cap. 5. §. 4. Tertia ratio. ubi hæc ponit verba manifesta:

Si Christus esset ALIQVO modo Mediator secundum naturam divinam, omnes tres personæ essent Mediatores. Nam, cùm natura divina sit communis tribus, quicquid secundum illam convenit uni personæ, id convenit omnibus tribus.

Con-

Digitized by Google

Constat ergò hinc Christum (ex sententia Roberti) ne ΛΥΤΡΟΥ saltem modo h. e. NULLO planè modo secundum divinam Naturam esse aut dici Mediatorem.

Ratio verò ista barda planè ac frivola, confundens Essentiam & Naturam divinam absolutè vel relatè consideratam, suprà ostensa fuit libr. 2. Th. 6.

5.

Quod verò μορμολύκειον illud attinet & inane πρωτόξυλον, ubi dicit Cap. 3. §. 5. *Probandum est solùm secundum humanam naturam Christum fuisse Mediatorem: si sermo sit de principio formali, non de ipso supposito;*

Idipsum suprà libr. 3. discussum fuit Thes. 65. quò lectorem, brevitatis gratia, remittò.

Per suppositum enim personam intelligit, quæ divinam & humanam Naturam complectitur. Ejusmodi verò analysin istarum propositionum sibi fingit, quæ modò allegata thesi suprà explicata fuit. Id quod patet ex verbis adjectis: si sermo sit de Principio formali, notans nimirum alteram naturam, à qua actiones Mediatori competentes πρώτως proficiscuntur & promanant.

Cui impiæ & profanæ sententiæ opponimus hunc Syllogismum:

Iram DEI infinitam placare non potest λύτρον sive ἱλαστήριον finitum.

Atqui SOLIUS humanæ Naturæ λύτρον est finitum. E.

De Christ. & Eccles. Tom. 7. Germ. Jen. p. 264. b. & 265.

Quò pertinet memorabilis illa D. Lutheri sententia: *Si in lance ista peccata nostra appendantur & ira DEI peccatis debita &c.* Im-

Digitized by Google

Immota proinde noſtra ſubſiſtit Concluſio, nimirum Hæreticum eſſe Robertum ac Neſtorianum. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

6.

Quæ præterea ἄτοπα ponit Cap. 5. §. 6. ea ſuprà lib. 1. & 2. ſatis ſunt diſcuſſa. Nolumus ergò πολυλογεῖν.

Cap. 9. & 10. Cent. Magd. V. p. 606.

7

Quod Capp. duob. poſtremis *Chriſtum ſibi quoq; acquiſiviſſe aliquid operibus ac laboribus ſuis, adeoq; honorem divinitatis ex merito collatum eſſe Chriſto*, cum Hæretico Neſtorio, contendit: Id confutatione neutiquam indigere arbitramur. Filio DEI JESU CHRISTO, ad dextram majeſtatis divinæ ſedenti, unâ cum Patre & Spiritu S. ſit laus, honos, gloria, in ſempiterna ſæcula.

AMEN.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google